



Diez marauedis

SELLO QVARTO, DIEZ MARA VEDIS, AÑO DE MIL Y SEISCIEN TOS Y SESEVTA.



# DE REBVS ECCLESIÆ NON ALIENANDIS EX *SENTENTIA SACRÆ ROMANÆ ROTÆ* TRACTATVS

IOANNE BAPTISTA TVRRICELLIO PATAVINO
AVCTORE.








FERRARIAE, MDCLXXIV.

Ex Typographia Camerali. *Superiorum Permissu.*



Eminentiſsimo, ac Reuerendiſsimo
PRINCIPI
# FLAVIO CHIGIO
## S. ROMANÆ ECCLESIÆ
## CARDINALI.

*Ioannes Baptiſta Turricellius.*




Puſculum ( Princeps Eminentiſsime ) ampliſſimi Tui Nominis inſcriptionem præferens in lucem prodit. Si benefitia, quibus Tibi deuinctus ſum, inſpiciam, debitum exoluere, ſi patrocinium quęſitum, magis contrahere me, ſentio. At verò nec iniucundum mihi, nec turpe debere Ei, cui de plurimis, & præſtantiſſimis benemerito plurimi debent, & cui tùm fortunæ faſtigium, tùm eximia virtus benefitium reddi vix patitur. Forſan audax nimium videar, qui Domini Titulum humili, obſcuroque operi, nec defuturis cenſuris obtendam: Sed cum Tuum ſit, atque inter plurimas, quibus excellis, animi dotes peculiare ornamentum Clientibus tuis conſtans, ac præſentiſsimum præſidium eſſe, id mihi perſuaſum habeo, & quod libellum, cuius auctor olim in tua tutela eſt, lubenti animo excipias, ac tuearis, & quod mihi, ſi nullam ex eo laudem aſſequar, id decoris ex ipſa inſcriptione accedat, vt obſequium meum erga CHIGIAM DOMVM perpetuò poſteris innoteſcar. Quod ſi & mea vota ęquo animo attendas, & has etiam lucubrationes meas qualeſcunque probaueris, ad alia forſan proſequenda vires mihi atque animos feceris. Vale.

LE-

# LECTORI BENEVOLO.

Ioannes Baptista Turricellius.

*DE Rebus Ecclesiæ non alienandis, qua potui diligentia, Romanæ Rota responsa tibi congessi, vt iam nil meum præter ordinem, si quis erit, & facilitatis curam hoc opusculo expectes. Rem nullius ingenij, sed non nullius pretij facturum me duxi, si ex tot voluminibus, quot illius Sacri Tribunalis perstringunt Oracula, quæ ad præsentem tractatum conferunt excerpta, ac in vnum redacta suis titulis distinguerem, atque ordinarem, quamquè ex plurimis fontibus doctrinam hausi, breui ratione quasi Ius certum, & constanti Patrum Stylo firmatum tibi proponerem. Si quid omissum, aut minus rectè à nobis perceptum fuerit, non ideò totum opus, atque ipsum consilium improbes, sed addas, emendes, deleas, si qualemcunque laborem nostrum tua saltem censura haud indignum æstumes. Hoc te monitum velim, si quæ ad rem spectantia desideres, Rotalibus addictum placitis, quæ ipsa Rota non tetigit, me intacta reliquisse: Si verò Doctorum aliquam, præter Rotæ auctoritatem, veluti Beltrameni, aut aliorum Addentium ad Rotæ decisiones offendes, ipsius Rotæ tantum resolutiones ab ijs relatas tibi indicare me voluisse. Vale.*



# INDEX
## CAPITVM, ET PARAGRAPHORVM
### Sequentis Tractatus.

FINIS.



Vidit pro Reuerendissimo Patre Inquisitore Generali Ferrariæ &c.
Fr. Hieronymus Bertolottus Tertij Ordinis S. Francisci.

Imprimatur
Inquisitor Generalis Ferrariæ, &c.

Vidit pro Reuerendissimo Capitulo Ferrar. Ecclesiæ.
Iacobus Cremonius Societatis Iesu, &c.

Imprimatur
Andreas Bertonus Vic. Gen. Capitularis.





# DE REBVS ECCLESIÆ NON ALIENANDIS TRACTATVS

## IO: BAPTISTA TVRRICELLIO AVCTORE.

De rerum Ecclesię alienatione prohibita, & quid alienationis nomine in hac materia comprehendatur.

### CAP. I.

*Materia tex: in cap. Nulli liceat. de reb. Eccles. non alien. & Extrauagan. Pauli II. tit. eod. & can. quisquis Episcopus. & can. Non liceat. 12. q. 2. & de qua Bal. in Auth. Hoc ius porrectum. C. de sacros. Eccles. Redoan. de reb. Eccles. non alien. q. 1. & fusius q. 2. ac q. 3. Io: Angel. Boss. Moral. tom. 3. tit. de alien. bonorum Eccles. nu. 40. & 41. vbi de legibus, & Constitutionibus, atq; Auctoribus de rerum Eccles. alienatione tractantibus item nu. 239. & seqq. vsque ad nu. 243.*

*SVMMARIVM.*

1 *Alienatio rerum Ecclesia prohibita est.*
2 *Alienationis nomen quid comprehendat.*
3 *Alienatio propriè non est, si reseruetur directum dominium.*
*Declara vt nu. 4.*
5 *Concessio in emphyteusim prohibita est.*
6 *Locatio ad longum tempus est prohibita.*
*Declara vt nu. 7.*
8 *Item locatio perpetua cum pacto renouandi de 29. in 29. annos.*
9 *Alienationis nomine venit transactio, vnio, dismembratio, census impositio, compromissum. nu. 10. 11. 12. 13.*
14 *Alienare prohibitus non potest actus facere, per quos sequatur alienatio.*
15 *Alienare qui non potest, nec potest confiteri quod tendat ad alienandum.*
16 *Alienare prohibitus non potest alienationi consentire.*

17 *Cessio actionis ad stabilia, siue illorum recuperationem est prohibita.*



1 Lienatio rerum Ecclesiæ prohibita est. *Rot. apud Mant. dec.* 10. *nu.* 2. *& par.* 2. *recen. dec.* 11. *nu.* 7.

2 Et alienationis nomen comprehendit omnem actum translatiuum dominij, tàm directi, quàm vtilis, & cuiuslibet iuris in re. *dec.* 280. *nu.* 7. *par.* 1. *recen.*

3 Sed alienationem propriè nòn esse, si reseruetur directum dominium dixit *Rot. par.* 1. *diuers. dec.* 608. *nu.* 1. cuius contrarium tenuit apud *Seraph. dec.* 196. *nu.* 3. *& per tot.* vbi quod Ecclesia dicitur alienare quando annectit, incorporat, vel dat in administrationem, licèt dominium remaneat penes ecclesiam, quidquid dicat *Gl. in Clem. fi. §. fi. de rebus eccles. non alien. in Verbo, Ecclesiam.*

4 Quod ità intelligendum est, vt proprijssimè alienatio dici nòn possit; propriè tamen alienationis verbum verificetur etiam in alienatione vtilis dominij; vt colligitur *ex dec.* 146. *nu.* 3. *& dec.* 700 *nu.* 1. *par.* 1. *diuers.* Maxime vbi concurrat consuetudo loci nō alienandi bona ecclesiæ, nisi quoad vtile dominium *d. dec.* 700. *n.* 2. *par.* 1. *diuers.*

5 Hinc etiā emphyteusis perpetua censetur prohibita. *Mant. d. dec.* 10. *nu.* 2. *& 5. & par.* 2. *rec. d. dec.* 11. *nu.* 7. *& recen. par.* 8. *dec.* 39. *nu.* 5.

6 Similiter sub prohibitione alienationis rerū ecclesię venit locatio ad longum tempus *dec.* 26. *nu.* 3. *par.* 2. *diuers. & dec.* 329. *nu.* 20. *par.* 4. *tom.* 2. *recen. & apud Pute. dec.* 411. *n.* 1. *lib.* 1.

7 Declara vt locatio ad longū tempus tamquàm alienatio censeatur prohibita quoad effectum inualiditatis locationis, nòn autèm, vt pœna incurratur *d. dec.* 26. *nu.* 3. *par.* 2. *diuers.*

Et ideò, si Prælatus iurauit non alienare res ecclesiæ, & illas locauit ad longum tempus non incurrit pœnam periurij. *dec. ead. nu.* 1. *&* 2. vbi quod multa admittuntur ad effectum euitandi pœnam, quæ aliàs non admitterentur.

8 Item alienationis nomine venit locatio perpetua cū pacto renouandi de 29. in 29. annos. *dec.* 319. *nu.* 20. *par.* 4. *to.* 2. *recen.*

9 Item transactio facta super re ecclesiastica. *Verall. dec.* 106. *nu.* 1. *par.* 1. *& dec.* 318. *nu* 2. *par.* 3. *Add. ad Buratt. dec.* 690. *litt. B; & par.* 4. *diuers. dec.* 596. *nu.* 1. *& recen. par.* 1. *dec.* 625. *nu.* 1.

10 Item vnio. *dec.* 1. *nu.* 2. *& dec.* 2. *nu.* 3. *de reb. eccles. non alien. in antiquior; & dec.* 318. *nu.* 18. *par.* 5. *recen*

11 Item dismembratio, quæ alienatio quædam reputatur. *dec.* 1. *de reb. eccles. non alien. in nou.*

12 Item census impositio. *dec.* 36. *nu.* 1. *& dec.* 37. *nu. eod. & dec.* 38. *nu.* 2. *post tract. Cenc. de censibus, Buratt. dec.* 410. *num.* 3.

13 Item compromissum; Prælatus enim prohibitus alienare censetur prohibitus etiam compromittere. *dec.* 160. *nu.* 2. *par.* 2. *diuers.*

Et ideò compromissum factum per beneficiatos absque consensu Episcopi, & Papæ, & laudum illius vigore subsequutum non præiudicare Episcopo, & beneficiatis successoribus ea ratione, quia ex compromisso sequi poterat alienatio, respondit *Rot. apud Verall. dec.* 165. *nu.* 1. *&* 2. *par.* 1.

14 Est enim regula, quod prohibitus alienare censetur etiàm prohibitus actus facere, per quos alienatio sequi possit. *dec.* 480. *nu.* 2. *par.* 1. *diuers.*

15 Ideò qui non potest alienare, nec potest confiteri aliquid, quod tendat ad alienandum. *dec.* 7. *nu.* 9. *par.* 1. *recen Buratt. dec.* 260. *nu.* 4. *& ibi Add. nu.* 13. cum infrà not. cap. 26.

16 Prout etiam prohibitus alienare non potest alienationi per alium factæ consentire. *dec.* 23. *num.* 2. *par.* 1. *diuers. Seraph. dec.* 321. *nu.* 15.

17 Item sicuti est prohibita alienatio stabilium, ita prohibita est cessio, siue alie-

alienatio actionis ad stabilia, siue illorum recuperationem. *Buratt. dec. 690. nu. 11.* vbi quod est communis opinio, & ab omnibus approbata.

## Alienatio rerum Ecclesiæ quando non censeatur prohibita, & quando subsistat, vel secùs.

### CAP. II.

*Materia tex. in cap. 1. de reb. eccles. non alien. in 6. & Clem. 1. tit. eod. de qua Redoan. de reb. eccles. non alien. q. 4. nu. 13. 14. & q. 18. nu. 9. & seqq. per tot. Item. q. 47. & q. 49. cum duab. seqq. Nauar. in commen. de alien. rer. eccles. nu. 2. 9. Couar. var. resol. lib. 2. cap. 17. Lud. Molin. de contract. disp. 468. n. 2. 14. Boss. d. tit. de alien. bonor. eccles. nu 40. 42.*

### SVMMARIVM.

1 *Alienatio rerum ecclesiæ est prohibita, si fiat contra iuris dispositionem.*

2 *Alienatio rerum Ecclesiæ licita est, si concurrant solemnitas, & iusta causa, secus altera deficiente.*

3 *Alienatio facta sine solemnitate, & causa non sustinetur, licet res alienata fuerit eodem tempore aquisita ecclesiæ.*

4 *Solemnitate deficiente alienatio est ipso iure nulla.*

5 *Solemnitas requiritur, etiamsi alienetur ex causa necessaria vel vtili.*

*Et licet res reuertatur ad naturam suam. num. 6.*

*Vel alienetur in aliam ecclesiam. nu. 7.*

8 *Solemnitas requiritur in alienatione rerum locorum piorum.*

*Et in alienatione rerum hospitalis. nu. 9.*

*Et in alienatione bonorum Monasterij commendatorum. nu. 10.*

*Et in alienatione bonorum Militiarum Religiosarum, & Confraternitatum Laicalium. nu. 11.*

*Et in alienatione bonorum deputatorum pro fabrica. nu. 12.*

*Et in alienatione iurium. nu. 13.*

*Et in seruitute seu subiectione ad fauorem laicorum imponenda. nu. 14.*

15 *Solemnitas requiritur in impositione census.*

*Et in transactione. nu. 16.*

*Et in compromisso. nu. 17.*

*Et in Constitutione Procuratoris. nu. 18.*

*Et in ratificatione. nu. 19.*

*Et in declaratione per ecclesiam facienda, an velit ratificare. nu. 20.*

*Et in permutatione. nu. 21.*

*Et in locatione vltra triennium. nu. 22.*

23 *Solemnitas iuris non requiritur, vbi alia forma consuetudine fuit introducta.*

24 *Solemnitas non requiritur, vbi allegetur priuilegium Apostolicum.*

1 Lienationem rerum Ecclesiæ prohibitam esse, ita accipiendum est, si alienetur contra iuris dispositionẽ iuxta. *Abb. in cap. si quis presbiterorum. n. 4. de reb. eccles. non alien.* quem *sequitur Rot. dec. 14. num. 1. par. 1. diuers.* vbi quod procedit maxime hodie stante extrauaganti Pauli II.

2 Atsi alienatio fiat iuxta iuris dispositionem, hoc est concurrant solemnitas seu forma, & iustitia causæ à iure copulatiuè requisita, valida est, & subsistit, secus alterutro deficiente. *Seraph. dec. 508. nu. 1. & dec. 1134. nu. 1. & dec. 1307. in fi. & dec. 1490. nu. 1. Mant. dec. 401. nu. 1. Duran. dec. 250. nu. 1. 2. & dec. 459. num. 2. Coccin. dec. 374. nu. 3. & dec. 391. nu. 1. & dec. 447. nu. 1. Caualer. dec. 288. nu. 1. Pen. dec. 96. nu. 2. & nu. 4. & dec. 778. nu. 5. & 6. Merlin. dec. 756. num. 12. & dec. 764. nu. 2. & 9. & dec. 775. nu. 5. Eminentissimus Ottobon. dec. 6. nu. 7. & par. 2. diuers. dec. 160. nu. 1. & par. 4. dec. 203. nu. 1. & dec. 222. n. 2. & dec. 300.*

*nu.* 1. *& dec.* 596. *num.* 1. *& dec.* 722. *nu.* 1. *& par.* 1. *recen. dec.* 201. *nu.* 3. *& par.* 2. *dec.* 430. *nu.* 1. *& dec.* 473. *nu.* 3. *& par.* 4. *tom.* 2. *dec.* 241. *nu.* 21. *& dec.* 261. *nu.* 1. *& dec.* 277. *nu.* 1. *& par.* 4. *tom.* 3. *dec.* 711. *num.* 4. *& par.* 5. *dec.* 179. *nu.* 4. *& dec.* 377. *num.* 1. *& par.* 6. *dec.* 223. *nu.* 2. *&* 3. *& par.* 7. *dec.* 36. *nu.* 5. *dec.* 68. *n.* 2. *& dec.* 186. *nu.* 5 *dec.* 202. *nu.* 1. *dec.* 243. *nu.* 12. *dec.* 252. *nu.* 9. *& dec.* 6. *nu.* 3. *& par.* 8. *dec.* 39. *nu.* 40. *& dec.* 73. *num.* 6. *& dec.* 103. *nu.* 2. 3. *& dec.* 155. *nu.* 8. *& par.* 10. *dec.* 275. *num.* 1. *& dec.* 336. *num.* 8.

3 Amplia vt alienatio facta absque solemnitate, & causa non sustineatur, etiam si res alienata fuerit eodem tempore aquisita ecclesiæ, quia sufficit quòd momento temporis fuerit in alterius dominio. *dec.* 430. *nu.* 8. *par.* 2. *recen.*

4 Amplia vt non seruatis solemnitatibus alienatio fit ipso Iure nulla, nec veniat annullanda. *Seraph. dec.* 278. *nu* 1. sed de hoc infra in cap. 23.

5 Amplia vt solemnitates requirantur etiamsi alienatio facta fuerit ex necessitate, veluti pro solutione æris alieni. *dec.* 300. *num.* 2. *vers. ex hoc capite, & decis.* 203. *nu.* 1. *par.* 4. *diuers. quæ est inter impress. Manti. dec.* 41.

Amplia, etiamsi alienatio fit vtilis ecclesiæ. *dec.* 631. *nu.* 1. *part.* 2. *recen.* cum alleg. infra cap. 16.

6 Amplia etiamsi res reuertatur ad naturam suam, quia nihilominus requiri solemnitates tenuit Rota contra communem opinionem in Valentina Parochialis de Palma. 18. Iunij 1610. *coràm bo. me. Coccino. & in dec.* 22. *nu.* 4. *& per tot. par.* 2. *diuers.* vbi quòd non licet Episcopo sine consensu capituli actum facere præiudicialem ecclesiæ, etiamsi per illum fiat reditus ad ius commune.

7 Amplia, etiamsi alienetur in aliam ecclesiam, quia ius commune easdem solemnitates requirit. *dec.* 277. *nu.* 1. *part.* 4. *tom.* 3. *recent. & decis.* 191. *nu.* 12. *par.* 7. *& dec.* 336. *n.* 9. *par.* 10.

8 Amplia, & in alienatione bonorum locorum piorum. *dec.* 368. *nu. p. par. p. rec.* vbi, quod priuilegia Concessa Ecclesijs censentur concessa etiam pijs locis.

9 Amplia, & in alienatione rerum Hospitalis fundati auctoritate Episcopi. *d. dec.* 368. *nu. p. par. p. rec.*

10 Amplia, & in alienatione bonorum Monasterij Commendatorum, quià Cōmendatarius non potest bona Commendæ alienare in præiuditium successorum, & Papę Cōmendantis absq; solemnitate, & causa. *dec.* 597. *per tot. par.* 4. *diu.*

11 Amplia, & in alienatione bonorum militiarum religiosarum, & Confraternitatum laicalium, quæ quo ad prohibitionem alienationis non differunt à bonis Ecclesiasticis. *dec.* 724. *nu.* 7. *apud Seraph.*

Et de alienatione facta à Confraternitate, quod requirat solemnitates in alienatione bonorum Ecclesiæ requisitas, vbi aliter per Statutum Papale non fuerit spetialiter prouisum. *dec.* 240. *nu.* 2. *par.* 3. *rec.*

12 Amplia, & in alienatione bonorum deputatorum prò fabrica, quæ Ecclesiastica reputantur. *dec.* 96. *nu. p. par.* 2. *rec.* vbi de permuratione talium bonorum sine Causa.

13 Amplia, & in alienatione Iurium. *Merl. dec.* 728. *nu.* 12. *& rec. par.* 8. *dec.* 229. *nu.* 6.

14 Et multo magis in seruitute, & subiectione ad fauorem Laicorum rei Ecclesiasticæ imponenda. *dec.* 318. *nu.* 9. *par.* 5. *rec.*

15 Amplia, & inimpositione Census. *dec.* 36. *nu.* 2. *& dec.* 37. *n. eod. post tract. Cene. de Cens.*

16 Amplia, & in transactione facta super re Ecclesiastica. *Veral. dec.* 106. *n.* 1. *par.* 1. *& dec.* 318. *nu.* 2. *par.* 3. *& rec. par.* 8. *d. dec.* 229. *n.* 5. de quo tamen vide infrà notata cap. 8.

17 Amplia, & in Compromisso *dec.* 160. *n.* 2. *par.* 2. *diu. Veral. dec.* 163. *n.* 1. *par. p.*

18 Et

18 Et in Constitutione Procuratoris ad alienandum. *Seraph. dec. 1080. n. 2.* Quod tamen limitatur, si fuerit subsequuta ratificatio interesse habentium *dec. 201. nu. 6. par. p. rec.*

19 Et in ratificatione, in qua eedem solemnitates, quæ in alienatione requiruntur. *dec. 204. num. 10. par. 4. diu. & dec. 94. nu. 81. & dec. 129. nu. 15. par. 7. rec. quæ est inter impress. Merl. dec. 710. & dec. 42. nu. 18. par. 8. rec.* vbi quod in ratificatione Contractus nulli per Ecclesiam facienda requiruntur solemnitates omnes, quæ necessariæ erant prò validitate Contractus ratificandi.

20 Amplia, & in declaratione, an Ecclesia velit ratam habere transactionem, Cum Ecclesia non minus lædi possit ex tali declaratione, Cui Consecutiua est restitutio bonorum, quæ Ecclesia recepit, quam ex ipsa transactione facta sine solemnitatibus. *d. dec. 42. nu. 17. 18. par. 8. rec.*

21 Amplia, & in permutatione rerum Ecclesiæ, vt in Romana Palatij 15. Martij *1604. Cor. Card. Pamphilio, relata per Vrsell. Concl. Legal. 85. num. 88. & in dec. 96. nu. 1. 3. par. 2. rec.* vbi, quod permutatio est similis emptioni, & venditioni, ideò ex defectu causæ redditur nulla, etiamsi interuenerit beneplacitum Apostolicum.

22 Postremo amplia, & in locatione vltra triennium. *in Senen. Pradij 8. Octobris 1584. Cor. Card. Pamphilio, de qua Vrsell. d. concl. 85. nu. 92.* & nos latiùs infrà Cap.

23 Sed hæc, quæ dicta sunt de adhibendi iuris solemnitatibus eatenus procedunt, quatenùs non adsit in aliqua Prouincia Consuetudo, vt res Ecclesiasticæ sub certa alia forma, quam in iure expressa alienentur, quia tunc Consuetudo seruari debet. *dec. p. nu. 1. de Consuetud. in antiqu. & in Toletana Territorij 18. Martij 1610. Cor. Eminentiss. Ottheb.* Sed vide infrà not. Cap. 8.

24 Item declara, vt procedant, quatenùs non allegetur priuilegium Romani Pontificis, quia summus Pontifex in rebus Ecclesiarum liberam habet potestatem. *dec. 11. nu. 7. par. 2. rec.* de quo etiam latiùs infrà.

## De solemnitatibus in alienatione rerum Ecclesiæ de iure Communi requisitis.

## CAP. III.

*Materia Can. placuit, & can. sine exceptione 12. q. 2. & cap. dudum de reb. Eccles. non alien. in 6. & Clem. p. tit. eod. & de qua Conar. var. resol. lib. 2. cap. 17. Redoan. de reb. Eccles. non alien. q. 24. nu. 16. & per tot. & q. 4. per tot. Nauar. de reb. Eccl. alien. vel non. cons. 5. & in Commentar. de alien. rer. Eccles. nu. 7. Boss. d. tit. de alien. bonor. Eccles. nu. 42. & n. 142. & seqq. & Ludouic. Molin. de contract. disp. 468. nu. 3. & seqq.*

### SVMMARIVM.

1 *Forma, quæ in alienatione seruari debeat, & quæ ab vsu recesserit nu. 2.*

1 Forma seruanda in alienatione rerum Ecclesiæ præscribitur in *can. sine exceptione 12. q. 2.* vbi præter causam tractatus Consensus Capituli, & subscriptio exigitur, *ita Rot. de reb. Ecclesiæ non alienan. in nouis. dec. p. & rec. par. 5. dec. 358. nu. 24. & par. 8. decis. 39. nu. 9. 10. & 11.* vbi quod si alienatio fiat per Episcopum, requiritur tractatus præcedens, & consensus Capituli Ecclesiæ Cathedralis *cap. p. de reb. Eccles.*

*eccles. non alien. in 6.* Si autem alienatio fiat per Rectores Ecclesiæ, tunc sufficit auctoritas, & consensus Rectoris, & Episcopi, & si res esset Ecclesiæ Collegiatæ, vel Regularis, requiritur consensus Prælati, & Capituli, vel Conuentus *Clem. p. tit. eod.*

2 Cæterum ab vsu recessit solemnitas, de qua in *Auth. hoc ius porrectum C. de Sacros. Eccles.* Vnde hodie non requiritur scriptura, sed contractus probari potest etiam per testes, vt respondit *Rota decis. p. nu. 2. de Consuetud. in antiqu:* Cuius contrarium per dictam Auth: cautum fuit, vt ibi not. Gl. verbo inscribatur.

## De Tractatu in alienatione rerum Ecclesiæ requisito.

### CAP. IV.

*Vide Redoan. de reb. Eccles. non alien. q. 25. Lud. Molin. de contract. disp. 468. nu. 5. Boss. de alien. bon. Eccles. nu. 174. & seqq.*

### SVMMARIVM.

1 *Tractatus requiritur in alienatione rerum Ecclesiæ, & de eo scriptura est conficienda.*

2 *Tractatus non probatur ex assertione Prælati.*

3 *Episcopus potest alteri committere vt tractet cum capitulo, & iuxta illius relationem decretum interponere.*

4 *Tractatus defectus tollitur beneplacito Apostolico.*



1 Tractatum requiri in alienatione rerum ecclesiæ habetur in *dec. 1. de rebus ecclesiæ non alien. in antiquior. & apud Seraph. dec. 1080. nu. 6.*

Et de isto tractatu debet fieri scriptura separata. *dec. 716. nu. 3. par. 1. diuers. Seraph. d. dec. 1080. nu. 6.*

2 Tractatum enim habitum fuisse, non probatur ex assertione Prælati, sed debet alias de eo apparere. *d. dec. 716. nu. 2. par. 1. diuers.* vbi quod est communis opinio.

3 Episcopus vero, qui debet habere tractatum cum capitulo super alienatione, potest alteri committere vt tractet cum capitulo super vtilitate, vel necessitate alienationis, & si relatum sibi fuerit, iustas, & rationabiles causas per capitulum fuisse iudicatas, potest sine alio tractatu coràm se habito decretum interponere, & alienationem autorizare. *dec. 5. de reb. eccles. non alien. in antiquior.*

4 At si beneplacitum Apostolicum interuenerit, defectus tractatus, prout aliarum solemnitatum, non officit, vt infra dicetur. *dec. 201. n. 5. par. 1. rec.*

## De Consensu.

### CAP. V.

*Ad materiam Redoan. de reb. Eccles. non alien. q. 26. cum seqq. vsq. ad q. 35. & rursum q. 37. & q. 38. Nauar. de reb. eccles. alien. cons. 6. & cons. 7. Lud. Molin. de contr. disp. 468. n. 4. & 6. Boss. de alien. bon. eccles. nu. 144. & seqq. & nu. 158. & seqq.*

### SVMMARIVM.

1 *Consensus capituli à Prælato in alienatione requirendus.*

2 *Consensus Monacorum ab Abbate requirendus. Declara vt nu. 3.*

4 *Monaci alienare non possunt absque interuentu Abbatis.*

5 *Alienatio per Monacos facta cum interuentu Prioris in absentia Abbatis valida est.*

*Item facta cum auctoritate Episcopi, vel Pa-*

*Papæ, num. 6.*

7 *Consensus Canonicorum, seu Monacorum capitulariter præstari debet.*

8 *Consensus omnium vel maioris partis Monacorum in alienatione requiritur.*

9 *Monaci omnes, vbi agitur de alienando debent conuocari, & si absentes sint, moneri, atque expectari.*

10 *Absentia Monacorum tempore celebrati contractus non probatur assertione Prælati.*

11 *Absentes an, & quando in distractione rerum ecclesiæ sint vocandi.*

12 *Conuocatio omnium de capitulo præsumitur.*

13 *Consensus quando præsumatur capitulariter præstitus.*

14 *Consensus capituli requiritur etiam in alienatione bonorum mensæ Episcopalis separata à mensa Capituli. Declara vt nu. 15.*

16 *Consensus capituli requiritur etiam in actu præiudiciali Ecclesiæ, per quem fit reditus ad ius commune.*

17 *Consensus Capituli requiritur etiam in alienatione præbendæ propriæ, & distinctæ factæ per Canonicum cuius est præbenda cum consensu Episcopi.*

18 *Alienatio facta absque consensu capituli valet, si capitulum ratum habuit.*

19 *Consensus capituli an ex post facto possit interuenire, & an, & quando validet alienationem.*

20 *Consensus capituli expressus requiritur pro ratificatione alienationis, nec tacitus suffragatur, Intellige vt n. 21.*

22 *Consensus capituli defectus non officit, si interueniat confirmatio Apostolica, vel si constet de euidenti vtilitate Ecclesiæ. nu. 23.*

1 N alienatione rerum Ecclesiæ Prælatus consensum capituli requirere debet. *Verall. dec. 106. nu. 1. part. 1. Caualer. dec. 439. nu. 3.* Et alienatio aliter facta est ipso iure inualida. *dec. 118. n. 3. par. 1. recen.*

2 Quod procedit, & in alienatione per Abbatem facta de rebus Monasterij, nam sicut Episcopus consensum capituli, ita Abbas consensum Monacorum debet requirere. quos ideo citari oportet. *dec. 207. ante nu. 6. vers. Non obstat. par. 4. diuers.*

3 Intellige, si Abbas habeat conuentum, si enim non habeat, alienare potest absque alio consensu Monacorum iuxta disposita in *Clemen. 1. de rebus Eccles. non alien. Buratt. dec. 332. n. 6.*

4 Sed sicut Abbas debet requirere consensum Monacorum, ita Monaci alienare non possunt absque interuentu Abbatis. *cap. causam quæ de iudici.* Absente tamen Abbate valet alienatio facta cum interuentu prioris, qui in lo-

5 cum Abbatis succedit, *Seraph. decis. 1080. num. 1. & 3.*

6 Item valet alienatio facta per Monacos cum auctoritate Episcopi, & multo magis cum auctoritate Papæ *Seraph. d. dec. 1080. nu. 1. & 4.*

7 Consensus autem capituli capitulariter ab vniuersis, non autem à singulis Canonicis præstari debet. *dec. 201. n. 4. par. 1. recen. & dec. 382. n. 3. par 2.* Sic consensus Monacorum a Monacis capitulariter congregatis præstandus est. *dec. 204. nu. 8 & 9. par. 4. diuers. & dec. 14. nu. 2. vbi Add. num. 39 par. 3. recen. Eminentiss. Ottobon. dec. 115. nu. 15.*

Atque alienatio facta ab Abbate cum vno tantum Monaco non sustinetur, quia consensus à capitulo requisitus per vnum suppleri non potest, sed ab omnibus, vel à maiori parte, per quam repræsentatur ipse Conuentus,

8 præstari debet. *Merlin. dec. 857. nu. 1. & 2. Add. ad d. dec. 14. nu. 39. 40. & 51. par. 3. recen.*

9 Requiritur ergo conuocatio omnium Monacorum. *Seraph. dec. 1080. nu. 5.* cui congruit *Buratt. dec. 573. nu. 5. & 6.* in terminis vniuersitatis.

Et si absentes sint, moneri debent, atque expectari, & in alium diem protrahenda est absolutio contractus, ne videatur mendicata aliorum Monaco-

rum

rum absentia, vt res à solo Abbate cum aliquo ex Monachis minùs rectè expediretur. *Merlin. d. dec. 887. nu. 6.*

10 Et absentia Monachorum tempore celebrati contractus aliùnde, quàm ex assertione Abbatis probari debet, cui in materia præiudiciali fides non habetur, sicuti neque executori: absentia enim non præsumitur, maximè à loco, vbi quis est solitus commorari. *Merlin. d. dec. 887. nu. 4. & 5.*

11 Et quamuis non desint, qui existimauerint, in distrahendis rebus ecclesiæ vocandos non esse necessario absentes, eo quia scriptum in iure non reperitur, quod absentes vocari debeant, nisi in tribus casibus, de quibus *Gl. in cap. præsentium. verbo, ipsorum, de testibus in sexto.* Attamen d. sententia procedit solùm, quando ex tribus præsentes sunt saltem duæ partes canonicorum in quibus tunc constituitur capitulum, vel conuentus. *Merlin. d. dec. 887. nu. 8.*

12 Præsumuntur tamen omnes conuocati, nisi de contrario appareat, *Seraph. d. dec.* 1080 *num. 5.*

13 Et vbi Abbates, Priores, & Monaci se in actu subscripserunt, consensus præsumitur conuentualitèr & non vti singulis præstitus. *decis. 302. nu. 11. par. 5. recen.*

14 Principalem conclusionem circa requisitionem consensus capituli amplia, vt procedat etiam in alienatione bonorum mensæ Episcopalis separatæ à mensa capituli; pariter enim requiritur capituli consensus, quia capituli interest, ne possessiones, & bona ecclesiæ alienentur. *Seraph. de* 338. *nu. 2. & dec. 443. nu. 4.*

15 Declara, vt requiratur consensus capituli, non vti personæ interesse habentis, sed solum tamquàm solemnitas; ideo si probetur euidens ecclesiæ vtilitas, non est considerabilis iste defectus, cum iste defectus respiciat magis solemnitatem, quam substantiam, sed solus Episcopus vendere poterit bona mensæ Episcopalis à mensa Capituli separata. *Seraph. d. dec. 338. nu. 2. & dec. 443. nu. 4. & 5.*

16 Rursus principalem conclusionem amplia etiam in actu præiudiciali ecclesiæ per quem fit reditus ad ius commune: quia nihilominus à Prælato requirendum esse consensum capituli contra communem doctorum sententiam tenuit *Rota dec. 22. nu. 26. & seqq. par. 2. diuers.* cui congruit decisio *in Valentina Parochialis de Palma 18. Junij 1610. coràm bo. me. Coccino*, in qua contra communem resolutum fuit, quod alienatio rei ecclesiæ requirat solemnitates, etiàm quando res reuertitur ad naturam suam; item dictum fuit, quod quatenus communis opinio esset vera, non procederet, vbi agitur de auferendo iure quæsito radicato, & incorporato, veluti de alienatione, seu renunciatione Parochialis, quæ fuerit quæsita Monasterio per vnionem iam præscriptam; tunc enim licet per talem alienationem ecclesia vnita rediret ad pristinam libertatem, & naturam, attamen necessarius est consensus capituli, quia agitur de iure quæsito certo, & radicato Ecclesiæ auferendo, cui facta est vnio.

17 Postremo amplia, & in alienatione præbendæ facta per Canonicum, cuius est præbenda, cum consensu Episcopi, quia non valet alienatio sine consensu Capituli, etiamsi esset præbenda distincta. *Cresc. de reb. Eccles. alien. vel non. dec. 2.* vbi tamen quod tenet alienatio taliter facta per Rectorem vel Clericum.

18 Sed quod dictum est de inualiditate alienationis factæ à Prælato absque consensu capituli, limita primo si consensus superuenit, & capitulum ratum habuit. *dec. 118. nu. 3 par. 1. recen. Seraph. dec. 1338. nu. 2.*

Et licet consensus pro forma exigi videatur, vnde ex post facto interuenire non posse, & non solùm capitulum, sed quemlibet, cuius intersit, dare posse de eius defectu, tamquàm defectu solemnitatis propter Ecclesiæ vti-
19 litatem inductæ, dictum fuerit in *decis. 247. nu. 5. par. 1. diuers. & dec. 455. nu. 5.*

*nu.* 5. *par.* 2. *recen.* & *dec.* 294. *à nu.* 19. *per tot. cum alleg. in dec.* 318. *nu.* 15. *par.* 5. *recen.* quibus in materia consensus à Rectore præstandi congruit. *dec.* 68. *nu.* 3. *par* 7. *recen.*

Attamen latè discusso articulo in contrariam sententiam iuit Rota *d. dec.* 318. *par.* 5. *recen.* vbi à *nu.* 41. per tot probat contrarium esse verius, videlicet consensum capituli ex post facto interuenire, & eiusdem capituli fauore desiderari, ideo à capitulo tantum de eius defectu opponi posse prout tenuit ead. *Rot dec.* 153. *n.* 10. *par.* 2. *diuers.*

Intellige tamen, consensum superuenientem suffragari, si, antequam de nullitate actus iudicium instituatur, superuenerit; est enim absque controuersia receptum, vt consensus superueniens, postquàm de nullitate alienationis iudicium cæptum est, nihil operetur, vt in *d. dec.* 294. *nu.* 32. *par.* 5. *recen.*

Item intellige, vt licet alienatio facta sine consensu capituli conualescat ex consensu postea superueniente, attamen actus incipiat valere ex nunc, idest à tempore ratificationis, non vero ex tunc, quando actus fuit celebratus iuxta *Abb. in cap. cum nos nu.* 5. *vers. aut actus non tenuit, de his quæ fiunt à Prala.* & *Gl. in cap.* 1. *verbo, tractatus de rebus Eccles. non alien. in* 6. cuius dictum refert *Rot. in d. dec.* 318. *nu.* 32. *par.* 5. *recen.* & admittere videtur, illud non refellendo.

20 Item intellige, vt alienatio facta sine consensu capituli non ratificetur nisi expresso ipsius accedente consensu: ideo per instrumentum locationis in libro contractuum capituli insertum, & per pensiones receptas, & in eiusdem libris adnotatas non probatur consensus capituli, quia tacitus consensus non sufficit. *dec.* 204. *nu.* 8. *par.* 4. *diuers.*

21 Quod tamen non in alienationibus ad tempus factis, sed in alienationibus perpetuis, de quibus loquitur Rot. loco citato, videtur intelligendum; & ita sentit *Abb. in cap. ea noscitur. nu.* 8. *de his quæ fiunt à Prala.* quem refert, & videtur admittere *Rot. in d. dec.* 318. *nu.* 25. *par.* 5. *recen.* Non enim impugnat doctrinam Abbatis, quatenus expressum consensum in alienationibus perpetuis requirit, in alienationibus vero ad tempus etiam tacitum admittit, sed quia in alienationibus perpetuis sentit non habere locum ratihabitionem, vt in *d. cap. cum nos nu.* 3. *de his quæ fiunt à Prala.*

22 Rursus d. conclusionem de nullitate alienationis absque consensu capituli limita, si interueniat confirmatio Apostolica, nam Papa in hac materia liberam habet potestatem, & supplet defectum consensus, & omnium solemnitatum, vt infra dicemus. *Rot. diuers. par.* 4. *dec.* 207. *nu.* 2. & *apud Seraph. dec.* 1070. *nu.* 1. & 3. vbi in fortioribus terminis ob constitutiones Benedictinorum specialitèr requirentes consensum capituli, resoluitur defectum consensus beneplacito Apostolico sublatum censeri.

23 Postremo limita, si de euidenti Ecclesiæ vtilitate constiterit, tunc enim cessat interesse capituli, nec poterit capitulum contradicere. *d. dec.* 207. *nu.* 10. *par.* 4. *diuers.* Sed no. quod in casu d. decisionis concurrebat confirmatio Apostolica.

---

## De auctoritate Superioris in alienatione rerum Ecclesiæ necessaria.

## CAP. VI.

*Materia tex. in can. Abbatibus,* & *seq.* 12. *q.* 2. & *tex. in cap.* 2. *vbi DD. de transact.* & *tex. in cap. cum Apostolica de his, quæ fiunt à Prælat. de qua Redoan. de reb. Eccles. non alien. q.* 41. & *seq. Nauar. de reb. Eccles. alien. cons.* 9. *Molin. de Contract. disp.* 468. *n.* 4.

*Boss. de alien. bonor. Eccles. nu. 151. & seqq.*

*SVMMARIVM.*

1 *Auctoritas superioris in alienatione requiritur, hoc est Papa, vel Episcopi.*
2 *Commendatarius absque licentia Episcopi non potest bona commendata alienare: similiter nec Abbas.*
3 *Abbas exemptus à iurisdictione Episcopi debet pro alienatione auctoritatem Apostolicam requirere.*
4 *Vicarius Generalis sine mandato Episcopi non potest autorizare alienationem.*
5 *Authorizatio spectat ad ordinarium sub cuius iurisdictione est res alienanda, non autem ad Prælatum sub cuius iurisdictione est dominus rei.*
6 *Authorizatio licèt fiat ab ordinario, alienatio tamèn fit nomine Rectoris.*
7 *Auctoritas Episcopi ex quibus non interuenisse probetur.*
8 *Auctorizationis defectus tollitur confirmatione Apostolica.*

1 Nsuper in alienatione rerum Ecclesiæ requiritur pro solemnitate auctoritas superioris, hoc est Papæ, vel Episcopi. *Merlin. dec. 490. Verall. dec. 165. nu. 1. & nu. 4. vers. At in hoc casu. par. 1. & dec. 755. nu. 2. in fi. par. 2. recen.*

Et quòd necessaria est auctoritas Episcopi, habetur *in dec. 625. n. 3. par. 1. recen. & dec. 755. par. 2. & dec. 270. nu. 3. par. 4. recen. & apud Pen. decis. 322. nu. 4.*

2 Hinc commendatarius absque licentia Episcopi non potest bona commendata in præiudicium successorum alienare *per tex. in can. in venditionibus 17. q. 4. quem ad hoc allegat. Rot. in dec. 597. nu. 1. par. 4. diuers.*

Quod ex mente Rotæ etiam de Abbatibus est accipiendum, cum *d. tex. in can. in venditionibus* de Abbatibus præcisè loquatur.

3 Et si Abbas sit exemptus à iurisdictione Episcopi, auctoritatem Apostolicam debet requirere, quia Papa in exemptis est loco diœcesani, & eius auctoritate debet fieri omnis alienatio, siue sit propria, siue impropria, directa vel indirecta. *Duran. dec. 458. nu. 7. 8.* vbi quod tali casu non sufficit confirmatio Episcopi.

4 Amplia conclusionem de auctoritate Episcopi requirenda, vt Vicarius Generalis sine mandato Episcopi non possit authorizare alienationem rerum Ecclesiæ. *Merlin. d. dec. 490. num. 9. cum adduct. per Add. ad Buratt. dec. 938. num. 12.*

5 Authorizatio autem spectat ad ordinarium sub cuius potestate, & iurisdictione est res alienanda, non autem ad Prælatum, sub cuius iurisdictione est dominus rei alienandæ. *dec. 7. nu. 3. vers. sicuti dicitur in simili de indic. in nou.*

6 Si tamen Ecclesia inferior habeat Rectorem, licet Episcopus tamquam superior authorizet alienationem, alienatio, & contractus fieri debet nomine ipsius Rectoris, quia hoc est de eis, quæ pertinent ad eius administrationem. *decis. 355. nu. 9. par. 1. recen.* vbi quod secus est in Protectore, qui solum habet ius protectionis, & præeminentiæ iuxta *Anchar. in cap. 1. nu. 2. de rebus Eccles. non alien. in 6.*

7 Cæterum quod auctoritas Episcopi non interuenerit, deducitur ex lectura instrumenti, in quo non legitur, sic enim probatur negatiua. *decis. 270. n. 4. par. 4. recen.*

8 At huiusmodi defectus, sicut defectus aliarum solemnitatum, tollitur confirmatione Apostolica. *d. dec. 625. num. 3. par. 1. recen.* Nam summus Pontifex in rebus Ecclesiarum liberam habet potestatem. *decis. 11. num. 7. par. 2. recen.*

De solemnitatibus per Constitutionem Paulinam inductis.

## CAP. VII.

*Materia extrauag. Ambitiosæ in extrauagan. communibus tit. de rebus Eccles. non alien. de qua Nauar. in comment. de alien. rer. Eccles. n. 2. Redoan. de rebus Eccles. non alien. q. 35. & q. 36. Boss. de alien. bon. Eccles. nu. 40.*

*SVMMARIVM.*

1 *Auctoritas Apostolica, vel Episcopi cum iuris solemnitatibus olim sufficiebat in alienatione.*

2 *Paulina constitutio hodie beneplacitum Apostolicum semper requirit, item receptionem testium, & probationem super vtilitate, & veritate narratorum.*

3 *Testium, & probationum receptio iuxta Paulinam Constitutionẽ aliunde probari debet, quàm ex assertione Prælati.*

4 *Paulinæ Constitutionis inobseruantia ex quo probetur.*

5 *Testium, & probationum receptio iuxta d. Constitutionem quando non requirat processum, & telam iudiciariam, sed sufficiat extraiudicialis informatio, & quando secus.*



1 De iure communi sufficiebat in alienatione rerum Ecclesiæ auctoritas Apostolica, vel saltem Episcopi, vt colligitur ex d. Merlin. dec. 490. num. 8.

Et satis erat, vel obseruare solemnitates, de quibus *in can. sine exceptione.* 12. *q.* 2. aut beneplacitum Apostolicum obtinere iuxta *Duran. dec.* 238. *nu.* 25. & 26.

2 At postquàm Pauli Secundi constitutio superuenit, incipiens, Ambitiosę &c. de qua *in extrauagantibus. tit. de rebus Eccles. non alien.*, Et beneplacitum Apostolicum semper de necessitate requiritur, *Emin. Ottbob. decis.* 220. *nu.* 15. & aliæ solemnitates fuerunt introductæ, nempe commissa receptio testium, & probationum super veritate narratorum, & euidenti Ecclesiæ vtilitate. *dec.* 716. *nu.* 1. *par.* 1. & *decis.* 160. *nu.* 8. *par.* 2. *diuers. Duran. dec.* 250. *nu.* 9.

Nec enim beneplacitum Apostolicum sub alia forma expeditur, quam sub solita conditione, quatenus alienatio versura sit in euidentem Ecclesiæ vtilitatem. *dec.* 42. *n.* 19. *par.* 8. *recen.*

3 Et de huiusmodi testium, & probationum receptione debet constare aliunde, quàm ex assertione Prælati. *d. dec.* 716. *nu.* 2. & *nu.* 3. *par.* 1. *diuers.* vbi quod hæc opinio probari videtur *in l. minorum C. de præd. minor* ibi, nisi apud acta causis probatis. & *d. decis.* 160. *nu.* 7. *par.* 2 *diuers. Canaler. dec.* 215. *nu.* 4. *Merlin. dec.* 887. *n.* 23. *Duran. dec.* 250. *nu.* 11. vbi quod de obseruantia formæ per d. Constitutionem præscriptæ constare debet per acta iudiciaria.

4 Et cum de prædicta obseruantia formæ in actis non appareat, eo ipso probata dicitur inobseruantia. *Duran. d. dec.* 250. *nu.* 12.

5 Et licet huiusmodi receptio testium, & probationum non requirat processum, & telam iudiciariam, sed sufficiat extraiudicialis informatio iuxta *Abb. cons.* 41. *col.* 2. *lib.* 1. Attamen id est intelligendum, vbi in rescriptis, si in euidentem derogatur Paulinæ, & commissarijs conceditur facultas se extraiudicialiter informandi; vel vbi Papa committit alicui simpliciter, vt se informet, tunc enim circa informationem statur eius assertioni; at vbi Papa committit, vt se informet per receptionem testium, & probationum, vel vbi exprimitur in rescripto, quod procedatur secundum formam Paulinę, vel iuris ordine seruato, tunc informatio aliunde probari debet, quàm ex asser-

 tione

tione Commissarij, sicuti dicimus de tractatu, qui non ex assertione Prælati, sed aliter est probandus, *d. dec. 716. nu. 4. par. 1. & dec. 160. nu. 8. par. 2. diuers. & in Mantuana bonorum. 28. Ianuar. 1656. §. Replicatio autem coram Reuerendissimo D. Cerro Decano.*

## De Beneplacito Apostolico in alienatione rerum Ecclesiæ necessario.

### CAP. VIII.

*Ad materiam Molin. de Contract. disp. 465. & seq. Couar. var. resol. lib. 2. cap. 16. a nu. 4. Redoan. de reb. eccles. non alien. q. 3. nu. 43. & qq. seqq. vsque ad q. 18. & q. 49. & 50. Boss. d. tit. de alien. bon. eccles. nu. 4. 5. 6. & n. 195. cum seqq. & à nu. 243. ad n. 296. & rursus à n. 312. ad n. 421. & à n. 479. ad n. 496. & à n. 577. ad fi. tit. Ricc. in prax. res. 30. & 172.*

*SVMMARIVM.*

1 *Beneplacitum Apostolicum ex Constitutione Paulina requiritur in alienatione rerum Ecclesiæ: & alienatio aliter facta non tenet, nu. 2.*

3 *Beneplacitum Apostolicum requiritur, etiamsi interuenerint solemnitates à iure communi requisita.*

*Declara vt procedat vbi Paulina Constitutio fuit vsu recepta. nu. 4.*

5 *Constitutiones Paulinæ vsum neganti incumbit onus probandi.*

6 *Extrauagans Paulina hodie facit ius commune, & per eam receditur à priore iure communi.*

7 *Beneplacitum Apostolicum requiritur, etiamsi alienatio fiat ab Episcopo.*

8 *Beneplacitum Apostolicum requiritur etiam in casibus quibus alienatio est à iure permissa.*

*Exemplifica in alienatione facta ex causa necessitatis æris alieni. nu. 9.*

*Item in alienatione facta ex causa vtilitatis. nu. 10.*

11 *Beneplacitum Apostolicum requiritur, etiamsi fiat alienatio in aliam ecclesiam.*

*Vel inter personas eiusdem ecclesiæ. num. 12.*

13 *Beneplacitum Apostolicum requiritur in distractione iuris patronatus Ecclesiastici, etiamsi interuenerit consensus patroni.*

*Et ad effectum subijciendi beneficium liberum iurispatronatus capituli. num. 14.*

*Et eo magis in subiectione seu seruitute super rebus Ecclesiæ ad fauorem Laicorum imponenda. nu. 15.*

16 *Beneplacitum requiritur in alienatione Capellæ seu sepulturæ, quando transfertur ius vtendi seu sepeliendi: secus quando conceditur nudus vsus, & commoditas, vt nu. 17.*

18 *Pro sepulturæ concessione licet aliquid recipere vti pretium sitæ.*

19 *Beneplacitum requiritur in transactione super rebus Ecclesiæ facta.*

*Amplia, etiam vbi dubitatur an bona sint Ecclesiastica. nu. 20.*

*Et vbi remittitur ius certum quod habet Ecclesia super bonis. nu. 21.*

*Et etiamsi res reperiatur penes tertium cum quo transigitur, quando agitur vt penes illum remaneat, quamuis Ecclesiæ aliquid soluatur pro dimissione. nu. 22.*

*Secus vbi Ecclesia retinet, licet aliquid det, vel faciat. nu. 23.*

*Ampliationem limita in transactione facta ob dubium litis euentum. n. 24.*

*Sublimita, vt nu. 25.*

26 *Beneplacitum Apostolicum requiritur, in ratificatione, seu declaratione an Ecclesia velit ratificare transactionem nullam.*

27 *Beneplacitum Apostolicum requiritur in locatione perpetua cum pacto renouandi de 29. in 29. annos.*

*Et*

*Et in qualibet locatione facta vltra triennium. nu. 28.*

*Amplia, & in locatione facta ad sexennium vel nouennium, cum clausula vt sint tot locationes quot triennia. num. 29.*

*Amplia, & in locatione facta per Prælatos Regulares, & Monasteria. 30.*

*Amplia, & in locatione fructuum. 31.*

*Ampliationem limita in locationibus Casalium in districtu Vrbis existentium. 32.*

*Declara vt nu. 33.*

34 *Beneplacitum Apostolicum requiritur etiam in conductione per Regulares facienda.*

35 *Beneplacitum Apostolicum requiritur in concessione rei Ecclesiasticæ in feudum, sine emphyteusim.*

36 *Feudorum Ecclesiasticorum alienatio prohibetur etiam per Constitutionem Gregorij VIIII.*

*Cui tamen Constitutioni non subiacent feuda merè hæreditaria, & ad quoscumque transitoria. nu. 37.*

38 *Beneplacitum Apostolicum requiritur in quolibet pacto, per quod bonorum Ecclesiæ dominium transfertur.*

39 *Pactum, vt finita generatione Ecclesia teneatur renouare proximioribus, est inualidum.*

40 *Beneplacitum requiritur in impositione census tam perpetui quam vitalitij super rebus Ecclesiæ.*

41 *Census impositio pro alienatione habetur.*

42 *Census impositio super fructibus non est prohibita.*

43 *Beneplacitum Apostolicum requiritur in alienatione census actiui Ecclesiæ.*

44 *Census venit nomine stabilium.*

45 *Beneplacitum Apostolicum requiritur in distractione cuiuslibet annui redditus.*

*Declara vt nu. 47.*

46 *Reditus annui inter immobilia reputantur ad effectum ne possint alienari.*

48 *Prælatus est Dominus fructuum, & potest de eis disponere.*

*Declara vt nu. 49.*

50 *Beneplacitum Apostolicum requiritur in affrancatione.*

*Limita vt nu. 51.*

52 *In retrouenditione census non est necessaria solemnitas.*

53 *Beneplacitum Apostolicum in permutatione rerum Ecclesiæ adhibendum.*

54 *Beneplacitum Apostolicum etiam in hypothecandis rebus Ecclesiæ est necessarium.*

*Declara vt procedat ad effectum specialis hypothecæ inducendæ super rebus Ecclesiæ, secus pro hypotheca generali. nu. 55.*

56 *Alienatione prohibita non dicitur prohibitum omne id, per quod ad illam potest deueniri, non quidem directè, & principaliter, sed secundariò, & in consequentiam.*

57 *Bona Ecclesiastica, licet possint generaliter obligari absque assensu Apostolico, non tamen possunt subhastari absq; dicto assensu.*

58 *Extrauagans Paulina fuit inuenta ad fraudes euitandas quæ in alienatione rerum Ecclesiæ committi possent.*

59 *Hypothecam generalem habens super bonis Ecclesia potest agere Saluiano ad bona hypothecata ad effectum sibi satisfaciendi ex fructibus, & præfertur creditoribus chirographarijs.*

60 *Hypotheca generalis super bonis Ecclesiæ validè constitui non potest sine assensu Apostolico, etiamsi constituatur occasione emptionis.*

*Limita vt nu. 61.*

62 *Pecunia quando conuerti nequeat in emptionem bonorum pro Ecclesia absq; beneplacito Apostolico.*

63 *Auctoritas Apostolica pro validitate alienationis sufficit, siue præcedat, siue subsequatur alienationem.*

1 

PRæter receptionem testium, & probationum super euidenti Ecclesiæ vtilitate requirit Constitutio Paulina in alienatione rerum Ecclesiæ Beneplacitum Apostolicum, dec. 300. nu. 2.

*nu. 2. par. 4. diuerſ. & dec. 755. n. 2. par. 2. recen. & dec. 270. nn. 5. par. 4. & dec. 350. num. 24. par. 5. Emin. Otthobon. dec. 220. nu. 12.*

2 Et alienatio aliter facta nulla eſt, & inualida. *Gregor. XV. dec. 52. nu. 1. Buratt. dec. 394. nu. 1. cum adduct. per Add. ad dec. 444. nu. 47. & 48. par. 4. to. 2. recen. & d. dec. 755. nu. 2. par. 2. & d. dec. 350. nu. 25. par. 5.*

3 Amplia primo, etiamſi interuenerint ſolemnitates de iure communi requiſitæ. *d. dec. 300. nu. 2. par. 4. diuerſ. & dec. 277. nu. 2. & 4. par. 4. to. 2. rec.* vbi quod opinio Beroi contraria fuit ſemper à Rota reiecta, *& dec. 711. nu. 5. ead. par. 4. tom. 3. & dec. 120. nu. 24. par. 6. & dec. 186. nu. 5. & dec. 252. nu. 9. par. 7. Caſar de Graff. dec. 4. num. 26. de rebus Eccleſ. non alien. Merlin. dec. 764. nu. 12.* vbi quod beneplacitum Apoſtolicum hodie pro forma requiritur, & illius defectus dicitur non ſolum defectus ſolemnitatis, ſed formæ ſubſtantialis, nempe conſenſus veri Domini, qui eſt Papa, à quo inferiores Prælati habent adminiſtrationem. *Idem Merlin. dec. 775. nu. 18.* vbi quod tota ſolemnitas hodie conſiſtit in aſſenſu Papæ, *& dec. 39. nu. 8. & nu. 17. & ſeqq. par. 8. recen.* vbi quod contraria ſententia poteſt procedere de iure Ciuili, ſecus de iure Canonico.

4 Sed hæc procedunt vbi conſtitutio Paulina fuit vſu recepta. *dec. 186. lib. 3. par. 3. diuerſ. Pen. dec. 322. nu. 4.* vbi etiam quod in ea ſe fundans probare debet illius vſum, & communem obſeruantiam, & quod ita in alijs cauſis fuit reſolutum, & præcipuè apud *Mohedan. dec. 1. aliàs 6. de conſtit. prout etiam dec. 8. n. 1. in fi. de Luca. & cond.* vbi idem reſolutum obſeruo.

At vbi Paulina non ſit vſu recepta, valet alienatio etiam ſine beneplacito Apoſtolico, quia ius non reſiſtit; immo merò iure tenet alienatio concurrentibus ſolemnitatibus, & Legitima cauſa, licet per Paulinam quæ quodam ius ſpetiale induxit, etiam confirmatio Apoſtolica requiratur. *dec. 262. nu. 6. lib. 3. par. 3. diuerſ. Creſcen. dec. 3. nu. 3. de iureiur.* vbi ampliat, etiamſi Prælatus iurauerit non alienare inconſulto Pontifice. *Rot. apud Duran. dec. 297. nu. 28. & in Lauden. bonorum 8. Iunij 1588. coram Gipſio, relata per Rube. in ſuis ſingul. de alien. rer. Eccleſ. obſeru. 5. §. 6.*

5 Sed no. quod hodie Rota non ſequitur *d. dec. 1. Mohedan.* quatenus firmat probandum eſſe vſum d. *Extrauagan.* ſed immo tenet, neganti vſum incumbere onus probandi, quoniam vſu recepta præſumitur, cum paſſim impreſſa circumferatur, & hodie faciat ius commune: nec enim placuit Dominis quod ius ſpeciale, ſed potius quod ius

6 commune inducat, per quod receditur à primo iure communi. *dec. 225. lib. 2. repetita lib. 3. in ordine dec. 262. nu. 6. par. 3. diuerſ. & recen. par. 1. dec. 30. inter impreſſ. Pen. dec. 414. nu. 8. poſt Caſar. de Graff. d. dec. 4. nu. 26. de reb. Eccleſ. non alien.*

7 Secundo principalem concluſionem amplia, vt procedat, etiamſi alienatio fiat ab Epiſcopo. *Verall. dec. 165. num. 3. par. 1.*

8 Tertio amplia vt requiratur beneplacitum Apoſtolicum, & habeat locum Paulina Conſtitutio, etiamſi alienatio

9 fiat in caſibus à iurepermiſſis, vt ex neceſſitate æris alieni. *dec. 203. n. 1. par. 4. diuerſ. inter impreſſ. Manti. dec. 41.*

10 Vel ex cauſa vtilitatis. *dec. 631. nu. 1. par. 2. recen. Duran. dec. 238. nu. 27. 28. Merlin. dec. 764. à nu. 8. & deciſ. 775. à nu. 16.* quibus firmatur, requiri beneplacitum, licèt contractus ſit vtilis Eccleſiæ.

11 Quarto Amplia, etiamſi alienatio fiat in aliam Eccleſiam. *Emin. Otthob. dec. 220. nu. 16. & recen. par. 4. to. 2. dec. 277. nu. 10. & par. 8. dec. 229. n. 7.*

12 Quinto Amplia etiamſi agatur inter perſonas eiuſdẽ Eccleſiæ, quia cum habeant præbendas diſtinctas, dari poteſt vni occaſio ſpoliãdi aliam in diminutionem cultus diuini. *dec. 3. n. 31. par. 7. rec.*

13 Sexto

13 Sexto Amplia vt requiratur beneplacitum Apostolicum in distractione iurispatronatus Ecclesiastici, etiam interuenerit consensus Patroni: quia talis consensus adhibetur quidem de necessitate, siue honestate pro interesse eiusdem patroni, sed non tollit, quin exigatur beneplacitum in alienationibus rerum Ecclesiæ requisitum. *decis.* 191. *nu.* 8. *par.* 5. *& dec.* 129. *nu.* 16. *par.* 7. *recen.*

14 Septimo Amplia, vt beneplacitum requiratur etiam ad effectum subijciendi beneficium liberum iuripatronatus Capituli, quia Episcopus non potest sine confirmatione Apostolica præiudicare suæ Ecclesiæ. *dec.* 137. *nu.* 10. 11. *par.* 10. *recen.*

15 Quod multò magis procedit in subiectione, & seruitute super rebus Ecclesiæ ad fauorem Laicorum imponenda, quia maius periculum vertitur. *dec.* 318. *nu.* 8. 9. *par.* 5. *recen.* vbi de beneficio suppresso, & per vnionem facto de iurepatronatus Laicorum, *& dec.* 247. *nu.* 10. 11. *par.* 7.

16 Octauo Amplia vt procedat etiam in alienatione Capellæ, quæ sine solemnitatibus concedi nequit quoad ius seu translationem iuris vtendi, & impediendi ne alij vtantur; sicut nec locus sepulturæ potest concedi cum translatione iuris sepeliendi in eo mortuos suos, & impediendi ne alij in eo sepeliant: cum enim hæc concessio sit vera alienatio propter translationem iuris vtendi, licèt per eam rei dominium non transferatur, non potest Episcopus vel Prælatus tale ius concedere nisi seruatis solemnitatibus, in alienatione rerum Ecclesiæ requisitis, & ita nisi cum assensu Apostolico, *vt in Bononien. sepulturæ* 13. *Maij.* 1570. *coram Litta resolutum refert Boss. de alien. rerum Eccles. nu.* 389. vbi tamen quod capella, sicut etiam sepultura potest absque assensu Apostolico concedi quoad vsum

17 ita, vt nudus vsus absque translatione alicuius iuris concedatur, qui quidem vsus dicitur vsus facti, & commoditas, cuius concessio non importat alienationem, cum nullum ius transferatur; &

18 pro tali concessione permissum est de consuetudine aliquid recipere tamquam pretium situs, & melioris seu dignioris loci, quasi hoc non concernat spiritualitatem, & ista præeminentia sit pretio æstimabilis, vt in *Tersonen. sepulturæ.* 17. *Maij.* 1572. *coram Lancellotto,* decisum fuisse testatur *Gratia discept. for. cap.* 210. *nu.* 11. 12.

19 Nono Amplia, & in transactione super rebus Ecclesiæ facta. *dec.* 241. *nu.* 10. *par.* 4. *to.* 2. *recen. & dec.* 30. *nu.* 8. *par.* 6. *& dec.* 229. *nu.* 5. *par.* 8. *Coccin. dec.* 340. *nu.* 1. *& dec.* 362. *nu.* 3. *cum adduct. per Add. ad Buratt. dec.* 690. *lit. B.*

20 Quod procedit secundum aliquos etiam in casu quo dubitetur, an bona sint Ecclesiastica, vel laicalia *Buratt. dec.* 690. *nu.* 12.

21 Item si remittatur solummodo ius certum, quod habet Ecclesia super bonis, nam idem est ius certum remittere quod alienare. *d. dec.* 229. *num.* 6. *par.* 8. *recen. Buratt. dec.* 438. *n.* 1.

22 Et etiamsi res reperiatur pœnes tertium, cum quo transigitur, quando agitur, vt pœnes illum remaneat, quamuis Ecclesiæ aliquid soluatur pro dimissione. *Coccin. dec.* 301. *nu.* 1. *& d. dec.* 362. *num.* 3. *Add. ad Buratt. d. decis.* 690. *lit. B.*

23 Secus vbi Ecclesia retinet, licet aliquid det vel faciat iuxta plures decisiones allegatas per *Add. ad Buratt. loco cit. & per Vrsell. concl. Legal.* 85. *n.* 84.

24 Ampliationem limita in transactione facta ob dubium litis euentum, quæ sustinetur etiam solemnitatibus non adhibitis ex adduct. per *Vrsell. d. concl.* 85. *nu* 83. *cum infra not. cap.* 19. *n.* 11.

25 Sublimita, si super re clara, aut diuersa à re in litem deducta trasactum fuerit. *dec.* 582. *par.* 1. *diuers. cum infra not. d. cap.* 19. *nu.* 12.

26 Decimo Amplia, & in ratificatione, seu declaratione facienda per Ecclesiam, an ipsa velit ratificare transactionem

nem nullam. *dec.* 42. *nu.* 17. 18. *par.* 8. *recen. cum supra not. cap.* 2. *nu.* 19. 20. *& dec.* 350. *nu.* 27. *par.* 5. *recen.*

27 XI. Amplia, & in locatione perpetua cum pacto renouandi de 29. in 29. annos, quæ propterea venit sub nomine alienationis *dec.* 319. *nu.* 20. *in fi. par.* 4. *to.* 2. *recen.*

28 XII. Amplia, in qualibet locatione facta vltra triennium ex allegatis supra *cap.* 2. *nu.* 22. *& recen. par.* 10. *dec.* 181. *nu.* 20. *& dec.* 219 *nu.* 2.

29 Quod procedit etiam in locatione facta ad sex vel nouem annos cum clausula, vt sint tot Locationes quot triennia, vel quod finito primo triennio ex tunc censeatur Locata pro alio triennio, seu quod facta sit noua Locatio. *dec.* 30. *nu.* 4. *par.* 1. *recen. & in Placentina bonorum.* 1. *Sept.* 1585. *coram Bubalo, relata per Mant. de tacit. & ambig. lib.* 5. *tit.* 4. *nu.* 20. vbi quod talis Locatio tamquam facta in fraudem Legis censetur prohibita.

30 Item procedit etiam in Locationibus factis per Prælatos Regulares, & Monasteria, vt in *Senen. prædy relata per Boss. d. tit. de alien. bon. Eccles. n.* 322.

31 Item procedit non solum in Locatione bonorum, sed etiam in locatione fructuum seu prouentuum ad beneficiatum ratione beneficij spectantium, vt in vna *Comen. locationum.* 20. *Martij* 1600. *coram Pamphilio, relata per Garz. de benef. par.* 2. *cap.* 1. *nu.* 36. vbi quod sicut Ecclesiæ bona non possunt Locari vltra triennium, ita nec fructus, & Locationem pro Longiori tempore factam sub reseruatione beneplaciti Apostolici potest Prælatus vel Locator reuocare.

32 Ampliationem limita in locationibus Casalium in districtu Vrbis existentium, in quibus *Extrauag.* Paulina non habet locum ex adduct. per *Vrsell. d. concl. Legal.* 85. *nu.* 94. *& d. dec.* 219. *nu.* 6. *par.* 10. *recen.*

33 Sublimita seu declara limitationem vt procedat in locationibus Casalium, quæ non singulis annis, sed de triennio in triennium, vel de quinquennio in quinquennium fructus afferunt; in his enim sustinetur locatio vltra triennium sine beneplacito, dummodo non excedat annos nouem, seu quindecim: quia cum talia bona pro tribus recollectis Locari possint, quod de alijs statuitur ad triennium, de illis ad nouennium, vel quindennium ex Pontificis intentione censetur statutum ita, vt ad hunc effectum singula triennia vel quinquennia pro vnico anno habeantur: secus in locatione Casalium seu bonorum, quorum reditus singulis annis, aut diebus percipiuntur vt in *d. dec.* 219. *nu.* 7. 8. *par.* 10. *recen.* vbi de fornacibus, alijsq; bonis annorum fructuum, & diurnum reddentibus.

34 XIII. Amplia, & in conductione per Regulares facienda, quia non possunt Regulares absque Sedis Apostolicæ licentia, & euidenti vtilitate Monasterij aliqua bona conducere. *dec.* 181. *n.* 19. *d. par.* 10. *recen.*

35 XIV. Amplia in concessione rei Ecclesiasticæ in emphyteusim, seu feudum, vt expressè disponitur in d. *extrauagan.* Ambitiosæ, & in decreto Sac. Congregationis Concilij de rebus Ecclesiarum, & Monasteriorum non alienandis, iussu Sa. Me. Vrbani VIII. edito die 7. Septembr. 1624. relato per *Boss. d. tit. de alienatione bonorum Eccles. nu.* 4. vbi etiam referruntur expressa verba *d. Extrauag. Ambitiosæ.* Et de concessione emphyteusim quod non valeat absque beneplacito est *dec.* 222. *par.* 3. *lib.* 2 *diuers. repetita in ead. par.* 3. *lib.* 3. *dec.* 262. vbi resoluitur, quod stante iure quæsito. Rectori successori alienantis ob beneplacitum ab emphyteuta non impetratum, non poterat confirmari concessio, etiamsi cederet in euidentem Ecclesiæ vtilitatem, Rectore recusante.

Confert *dec.* 10. *nu.* 2. *apud Mant. & dec.* 11. *nu.* 7. *par.* 2. *recen.* vbi quod cōcessio in emphyteusim tamquam species alienationis non valet, nisi allegetur priuilegium Apostolicum, *& decis.* 39. *nu.* 5. *par.* 8. *recen.* vbi quod sub

probi-

prohibitione alienationis venit perpetuus emphyteusis contractus, cum supra allegatis cap. primo.

Et in terminis feudi Ecclesiastici quod non sustinetur alienatio facta inconsulto Pontifice, & alienans incurrit excommunicationem, de qua *in Extrauagan.* Pauli II. est *decis.* 47. *num.* 1. *par.* 4. *recen.*

36 Et de feudorum alienatione adest constitutio prohibitoria Gregorij IX. inhærens Constitutioni Simmachi *in can. non liceat Papæ.* 12. *q.* 2. *de qua apud Emin. Otthob. dec.* 265. *nu.* 49. *& Constitutio Pij V. de qua Seraph. dec.* 1321. *nu.* 6.

37 Prædictæ tamen Constitutioni Gregorij non subiacent feuda merè hæreditaria, & ad quoscumque transitoria, vt declaratur in *d. dec.* 265. *n.* 49. *apud Emin. Otthob.* cui congruit in terminis Bullæ Sixti V. *dec.* 211. *n.* 10. *11. par.* 5. *recen.*

Prout etiam non intrat Paulina Constitutio vbi agitur de bonis in emphyteusim concedi solitis, ex allegatis infra cap. 15.

38 XV. Amplia in quolibet pacto, per quod bonorum Ecclesiæ dominium transfertur, vt in *d. Extrauagan. Ambitiosæ*, & decreto Sac. Congregationis supra allegatis.

39 Et propterea inualidum esse pactum in inuestitura appositum, vt finita generatione Ecclesia teneretur proximioribus renouare, quia per dictam *Extrauagan.* omne pactum prohibetur, & non adesset vtilitas per eam requisita, si Ecclesia cogeretur renouare, quia res numquam ad eam reuerteretur, sed esset emphyteusis perpetua, quæ est species alienationis à iure prohibitæ *in cap. nulli. & tot. tit. de rebus Eccles. non alien.* respondit *Rot. apud Manti d. dec.* 10. *nu.* 3. 4. 5. 14. *& in Cæsenaten. bonorum coram Bubalo.* 20. *Maij.* 1558. *relata per Fulgin. de emphyt. tit. de renou. q.* 1. *nu.* 31. & Fusius in *dec.* 39. *nu.* 1. *& seqq. vsque ad nu.* 22. *par.* 8. *recen. & dec.* 10. *nu.* 8. 9. *par.* 9. *to.* 1. *recen.* vbi quod tale pactum est reprobatum tam à iure ciuili quam canonico, quia per modum indirectum emphyteusis perpetua redderetur, & Ecclesia priuaretur spe vllo vnquam tempore propria bona recuperandi.

40 XVI. Amplia in impositione census tam perpetui quam vitalitij super rebus Ecclesiæ, vt in *Extrauagan.* & decreto Sac. Congregationis supra relatis, & de censu perpetuo est *dec.* 301. *nu.* 1. *par.* 4. *diuers. & dec.* 1195. *in princ. & nu.* 2. *apud Seraph. & dec.* 29. *num.* 1. 2. 3. *& dec.* 314. *nu.* 1. 2. *post tract. Cenc. de cens.* vbi resoluitur, census impositos absque beneplacito Apostolico fuisse nullos, & inualidos, quia in alienatione rerum Ecclesiæ requiritur causa, & solemnitas, & hodie pro solemnitate beneplacitum Apostolicum debet interuenire vt in *Extrauagan. Pauli II. tit. de rebus Eccles. non alien.* Census

41 autem impositio pro alienatione habetur, vt præsupponitur in dictis decisionibus, & probatur per *dec. Seraph.* 757. *nu* 5. *& dec.* 785. *nu.* 1. *cum supra not. cap.* 1. *nu.* 9. *& traditis per Rot. dec.* 121. *nu.* 5. *par.* 2. *diuers. & Buratt. dec.* 580. *nu.* 8. *& post tract. Cenc. de cens. dec.* 510. *nu.* 4. vbi de censu vitalitio.

42 Declara vt census impositio veniat sub prohibitione alienationis, quando census super re immobili cum hypotheca constituitur, secus si census esset impositus super fructibus, hoc est persona tantùm se obligasset ad soluendum de fructibus rei Ecclesiæ, iuxta distinctionem Rotæ *dec.* 480. *nu.* 1. 3. *insi. par.* 1. *diuers.*

Quæ tamen distinctio an pati possit difficultatem ob decretum Sac. Congregationis supra relatum, prohibens non solum census perpetuos, sed etiam vitalitios, ad quorum naturam accedit census super fructibus vt supra impositus, videndus *Boss. d. tit. de alien. bon. Eccles. nu.* 284. & considerari possunt supra not. de Locatione fructuum vltra triennium, & infra posita de distractio-

ne annuorum tedituum.

43 XVII. Amplia, & in alienatione censusactiui ipsius Ecclesiæ, in qua pariter assensus Apostolicus pro validitate requiritur, vt in *Romana inualiditatis cen. sus venditi. 24. Maij 1591. coram Cardinali Pamphilio impress. post Pic. ad stat. vrbis. dec. 31. nu. 1. & de qua Gratia. discept. for. 981. nu. 38.*

44 Nam prohibita alienatione stabilium Ecclesiæ dicitur prohibita etiam census alienatio, qui venit nomine stabilium, *Seraph. dec. 224. nu. 4. Manti. dec. 14. nu. 1. Burat. dec. 580. n. 8. cum ibi not. per Add.*

45 XVIII. Amplia in distractione cuiuslibet annui reditus qui quidem comprehenditur sub dispositione d. *Extrauag.* Ambitiosæ, vt in *dec. 3. n. 30 par. 7. recen.* vbi quod concordia super fructibus pensionis, & reditibus Prioratus inter capitulum, & Beneficiatos inita absque beneplacito Apostolico nulla erat, neque excusabat à fructuum restitutione.

46 Et facit ratio, quia annui reditus reputantur inter immobilia ad effectum vt non possint alienari sine solemnitate. *dec. 86. nu. 7. par. 4. diuers.*

47 Sed si non annuus reditus alienatus neque in obligationem deductus fuerit, sed solum promissa certa pars, & quantitas fructuum obueniendorum ex annuis reditibus, quæ neque propria auctoritate illius, ad cuius fauorem fuit facta promissio, sit percipienda; tali casu forsam ampliatio non procederet, quia prohibitus alienare non censetur prohibitus alienare fructus, vt de alienatione rerum minorum distinguit *Rot. d. dec. 86. nu. 8. par. 4. diuers.*

48 Ad quod facit *dec. 3. de testam. in antiqu. & dec. 14. nu. 3. par. 1. diuers.* vbi quod Prælatus est dominus fructuum, & potest de eis disponere.

49 Intelligendo tamen quando Prælatus simpliciter disponit de fructibus, secus quando consecutiuè alienando nullitet bona Ecclesiæ, vt ibidem declaratur.

50 XIX. Amplia in affrancatione, quæ facta sine solemnitatibus, & assensu Apostolico est nulla *dec. 13. & dec. 14. par. 1. diuers. nu. 1.* vbi tamqnam species alienationis consideratur ex iuris dispositione prohibita in *can. nulli liceat. 12. q. 2.* & maxime hodie stante *Extrauagan.* Pauli II.

51 Ampliationem limita, si in præcedenti contractu alienationis cum debita solemnitate celebrato affrancatio deducta fuisset in pactum, vel res ad Ecclesiam peruenisset affecta illo onere affrancandi, quia tunc in affrancatione non requireretur solemnitas, alienatio enim esset necessaria, & non voluntaria. *Seraph. dec. 1080. nu. 9.*

52 Qua ratione in retrouenditone census non esse necessarias solemnitates aliàs in contractibus mulierum aut minorum requisitas respondit. *Rot. post tract. Cenc. de cens. dec. 186. num. 5. 6. & dec. 523. nu. 1.*

53 XX. Amplia, & in permutatione rerum Ecclesiæ in qua, & solemnitates requiruntur, & beneplacitum Apostolicum, vt in Romana Palatij relata per *Vrsell. d. concl. Legal. 85. num. 88. cum supra not. cap. 2. nu. 21.*

54 XXI. Amplia, & in hypotheca super rebus Ecclesię inducenda quia prohibita alienatione omnis hypotheca, & obligatio censetur prohibita. *Verall. dec. 17. nu. 2. par. 1.*

Et licet sub prohibitione venditionis, permutationis, & donationis non comprehendi hypothecam, dictum fuerit in *dec. 501. nu. 6. post tract. Cenc. de cens.* Attamen prohibita qualibet alienatione, vel prohibita alienatione in genere, seu latissimè sumpto vocabulo, etiam hypotheca, & obligatio censetur prohibita, vt admittit *d. dec. 501. nu. 5. & habetur in dec. 74. num. 1. 13. post eumdem tract. Cenc. de cens. cum allegatis in tract. q. 22. num. 7. & post Merlin de pignor. dec. 57. nu. 2.*

Multò magis accedente expressa prohibitione etiam hipothecæ, tum in *Extrauag.* Ambitiosæ, tum in decreto Vrba-

Vrbano supra relato, ex qua expressio-ne omnis difficultas sublata remanet per ea quæ habentur apud *Seraph. dec. 757. num. 2. & post tract. Cenc. de cens. dec. 76. nu. 7. & dec. 510. num. 4. cum allegatis in tract. d. q. 22. nu. 8. & post Merlin. de pignor. dec. 55. nu. 2. & dec. 57. nu. eod.*

55 Ampliationem tamen iuxta Rotam intellige in speciali hypotheca tantùm: nam bona Ecclesiastica possunt per generalem hypothecam obligari absque assensu Apostolico; *vt in Amerina bonorum Coram R. P. D. Verospio. 19. April. 1641. & coram R. P. D. Roia 21. Febr. 1642. decisum testatur Ciarlin. contr. par. 2. cap. 183.*

Siquidem generalis hypotheca sub prohibitione alienandi non comprehenditur, *vt tradunt DD. in Cap. nulli. de rebus Eccles. alien. vel non*, vbi prohibitionem spetialis hypothecæ ad generalem extendendam non esse admonent ea ratione, quod generalis hypotheca nil sapiat alienationis, cum ius aliquod in re non transferat; quorum dictum ob identitatem rationis etiam in terminis *Extrauagan.* Ambitiosæ applicari respondit. *Rot. in eadem Amerina bonorum 2. Iuny 1645. coram R. P. D. Roias post tract. Merlin. de pignor. dec. 97. nu 1. 2. 3. 4. 5.* vbi etiam quod Paulina Constitutio non potest comprehendere hypothecam generalem, tamquam diuersæ naturæ ab alienatione, quæ fuit sola ratio eiusdem Constitutionis; & licet alienatio venire possit in consequentiam hypothecæ, prohi-

56 bita tamen alienatione non potest dici prohibitum omne id, per quod ad illam potest deueniri, non quidem directè, & principaliter, sed secundariò, & in consequentiam. Et ita in terminis decreti Sac. Congregationis concilij, de quo supra diximus, eadem Sac. Congregationis declarauit sub die 14. Iulij 1638. *teste Ciarlin. loco cit. & Rot. d. dec. 97. nu. 5. post Merlin.*

57 Sed licet bona Ecclesiastica possint generaliter obligari absque assensu Apostolico, non tamen possunt absq; dicto assensu poni sub hasta; quia licet hypotheca generalis in sua primæua origine nil sapiat alienationis, cum tamen illius vigore deuenitur ad subhastationem, alienationis effectum sortiri videtur. *d. dec. 97. nu. 6. 7. post Merlin.* vbi etiam quod si vigore hypothecæ generalis posset deueniri ad distractionem bonorum Ecclesiæ, daretur casus alienationis eorumdem absque licentia Sedis Apostolicæ contra dispositionem d. *Extrauagan.*, & aperiretur via plu-

58 ribus fraudibus, ad quas euitandas fuit inuenta d. Constitutio.

Nec frustratoria dici potest talis obligatio, & generalis hypotheca, cuius vigore ad alienationem deueniri non possit; Nam immo euidens est vtilitas,

59 cum valeat creditor illius vigore agere vtili Saluiano ad bona hypothecata ad effectum sibi satisfaciendi ex fructibus, & in hoc sit præferendus creditoribus chirographarijs. *dec. ead. nu. 8.*

60 Et prædicta procedunt etiam in hypotheca generali promissa per Ecclesiam occasione contractus emptionis qui habet pro se præsumptionem vtilitatis, quo casu non videbatur patiendum, vt Ecclesia posset retinere bona aliena, & pro illorum pretio bona propria Ecclesiæ distrahi non possent. etenim, cum in alienatione bonorum Ecclesiasticorum copulatiuè requirantur vtilitas, & solemnitas, parum refert, quod contractus possit esse vtilis, nisi etiam concurrat licentia Sedis Apostolicæ, vt dictum fuit in *d. decis. 97. nu. 9. post Merlin. de pign.*

61 Postremò amplia, vt pecunia constituta in proprietate, & non in vsu conuerti nequeat in emptionem bonorum pro Ecclesia absque licentia Sedis Apostolicæ iuxta *dec. in Veneta pretij bonorum. 13. Nou. 1602. coram Cardinali Pamphilio, quam magistralem nuncupat Rot. in d. dec. 97. post Merlin. num. 10.* Et quod pecunia destinata ad emendum stabilia censeatur res immobilis ad effectum vt requirantur solemnita-

tes in alienatione immobilium necessariæ, & comprehendatur sub dispositione loquente de immobilibus, videtur sensisse. *Rot. etiam in dec.* 278. *num.* 2. *par.* 2. *divers.*

62 Pro coronide autem addatur, alienationem validari auctoritate Apostolica, siue ea præcedat, sine subsequatur, vnde etiamsi licentia alienandi obtenta non fuerit, sufficit obtinere Breue confirmationis. *in Placentina aquarum* 24. *Nouemb.* 1597. *coram Orano, relata per Rube. in suis singul. de alien. rer. Eccles. obseru.* 1. §. 2. *& recen. par.* 5. *dec.* 350. *nu.* 26. *& apud Duran. decis.* 397. *num.* 10.

63 Sed tali casu necessariam esse mentionem alienationis iam factæ & contractum valere vt nunc de tempore obtentæ confirmationis, *in Bononien. locationis* 10. *April.* 1589. *coram Litta, resolutum refert Boss. tit. de alien. bonor. Eccles. nu.* 206. vbi etiam quod, quando in alienatione non fuit reseruatum beneplacitum Apostolicum, in petenda alienationis confirmatione requiritur nouus consensus Rectoris, & quod ita fuit decisum *in Elnen. Minerviorum.* 16. *Dec.* 1585. *coram Orano, quæ legitur impressa in* 4. *par. divers. in ordine dec.* 208. Sed an hoc probetur per d. decisionem, an simpliciter quod beneplacitum ex cursu temporis non præsumitur, si non fuit reseruatum, maturius consule.

---

## De effectu beneplaciti Apostolici.

### C A P. IX.

*Vide Gl. in cap. veniens. verbo, confirmatam, & ibi Abb. num.* 2. *de transact. DD. in cap. ad audientiam de Eccles. ædifican. Rebuff. de alien. rer. Eccles. n.* 15. *vers. Fallit quando Papa. Redoan. de reb. Eccles. non alien. q.* 27. *nu.* 12. *& seqq. & q.* 43. *cum duabus seqq. Manti. de tacit. & ambig. lib.* 4. *tit.* 7. *nu.* 47. *& seqq. Boss. de alien. bonor. Eccles. à nu.* 187. *ad nu.* 193. *Abb. cons.* 41. *num.* 3. 4. *lib.* 1. *Paris. cons.* 24. *num* 4. 11. 12. *lib.* 4. *Rol. cons.* 96. *num.* 21 *& seqq. lib.* 1. *Gratian. discept.* 473. *n.* 19. *& discept.* 624. *num.* 16.

### S V M M A R I V M.

1 *Confirmatio Apostolica transactionem, quæ erat personalis, realem efficit.*
2 *Alienatio facta contra prohibitionem fundatoris est nulla.*
*Secus concurrente beneplacito Apostolico seu vero, seu præsumpto. nu.* 3.
*Declara vt procedat, quando Papæ fuit narrata prohibitio alienandi in erectione beneficij apposita. nu.* 4.
5 *Per constitutionem Principis quantumuis publicè, & solemniter editam, ac omnes non obstantias de mundo continentem non tolluntur conditiones fundationis, nisi nominatim, & expressè per ipsum Principem sublatæ fuerint.*
6 *Per clausulas generales derogatorias non derogatur conditionibus in fundatione beneficiorum appositis, & quare.*
7 *Alienationis prohibitio in fundatione beneficij apposita non comprehendit concessionem fauorabilem, & vtilem Ecclesiæ.*
*Limita si fundator prohibuit alienationem seu permutationem etiam in melius. nu.* 8.
*Item limita vbi non probetur euidens vtilitas. nu.* 10.
9 *Fundator potest in erectione beneficij quascumque conditiones a iure non improbatas apponere.*
11 *Beneplacitum Apostolicum supplet omnes solemnitates in alienatione rerum Ecclesiæ requisitas.*
12 *Beneplacitum Apostolicum vbi adest, non*

*non est quærendum de solemnitatibus.*

13 *Solemnitas omnis in alienatione rerum Ecclesiæ requisita hodie consistit in assensu Papæ.*

14 *Consensus Papæ in alienatione bonorum Ecclesiæ non solum pro solemnitate, sed etiam pro forma requiritur tamquam consensus veri Domini.*

15 *Papa est Dominus omnium bonorum Ecclesiarum, & habet plenariam dispositionem iure Monarchico.*

16 *Episcopi autem habent à Papa immediatè potestatem cum facultate administrandi bona suarum Ecclesiarum.*

17 *Beneplacitum Apostolicum cur suppleat omnes solemnitates, ratio allegatur.*

18 *Beneplacitum Apostolicum supplet omnes solemnitates, etiamsi appositum fuerit super contractu cum ipsomet Papa vt priuata persona inito.*

19 *Beneplacitum Apostolicum, licet suppleat solemnitates, non tamen supplet substantialia, videlicet potestatem alienandi, & veritatem causæ expressæ.*

20 *Confirmatio Apostolica non suffragatur, nisi narrata iustificentur.*

21 *Beneplacitum Apostolicum non supplet defectum causæ.*

*Facit tamen, vt pro causa præsumatur. num. 22.*

23 *Papæ auctoritas supplet omnes solemnitates si legitimè fuerit interposita, secus si nulliter, & subreptitie.*

24 *Obreptio, & subreptio vitiant beneplacitum Apostolicum: maximè si subreptio est circa vtilitatem, seu damnum Ecclesiæ.*

25 *Subreptio, & obreptio quibus casibus non vitient confirmationem.*

26 *Vtilitas Ecclesiæ est causa finalis, ob quam Papa facultatem alienandi concedit, & subreptiones circa alia non officiunt.*

27 *Subreptitiam confirmationem esse prætendens debet plenè, & concludenter probare.*

28 *Beneplacitum Apostolicum supplet omnem solemnitatem, quando est in forma gratiosa; at vbi est in forma commissaria non suffragatur, nisi præsentatum viuente Pontifice concedente.*

*Limita vt nu. 29. & nu. 30.*

31 *Beneplacitum in forma commissaria non suffragatur, nisi executor processerit seruata forma suæ commissionis.*

32 *Beneplacitum non fuisse obtentum, & obtentum sed nulliter executum paria iudicantur.*

33 *Beneplacitum supplet solemnitates, sed solemnitates non supplent defectum beneplaciti Apostolici.*

34 *Beneplacitum Apostolicum ab vno obtentum alteri suffragatur, & quare.*

35 *Confirmatio in forma simplicis commissionis obtenta cum clausula, & per Breue, non suffragatur Breui non expedito.*

36 *Beneplacitum concessum cum clausula, si in euidentem statum operatur, & solemnitates supplet etiam prius quam euidens Ecclesiæ vtilitas probetur.*

37 *Vtilitas præsumitur ex confirmatione Apostolica.*



Eneplaciti Apostolici plures sunt effectus.

1 Primus est, vt transactio quæ erat Personalis, accedente confirmatione Apostolica fiat realis, & obliget successores, vt per *tex. in cap. veniens. de transact. not. Rot. in dec. 2. in Addit. de confirm. vtil. vel inutil. in nou. & habetur in dec. 44. nu. 4. par. 10. recen. cum infra not. cap.*

Secundus est effectus, vt alienatio facta contra prohibitionem fundatoris,
2 quæ regulariter est nulla ad *dec. 103. nu. 1. 18. par. 8. & dec. 114. nu. 7. par. 9. to. 1. recen.*, concurrente beneplacito Apostolico seu vero, seu præsumpto sustineatur non obstante quacumque
3 prohibitione in fundatione apposita. *d. dec. 114. n. 9. par. 9. to. 1. recen.*

4 Declara tamen vt procedat, quando Papæ fuit narrata prohibitio alienandi in erectione beneficij apposita: secus si id non fuit expressum, quia si Papa sciuisset, vel beneplacitum non concessisset,

vel difficilius concessisset, sisset, quod sufficit ad hoc vt gratia subreptitia dicatur. *d. dec. 114. nu. 19. & seqq. par. 9. to. 1. recen.* vbi quod eo ipso præsumitur, Papam difficilius concessurum fuisse, quando præiudicium aliquod infert, prout vbi agitur de derogatione voluntatis fundatoris: item quod beneplacitum ita impetratum dicitur corruere ex defectu voluntatis
5 quia per Constitutionem Principis, quamtumuis publicè vel solemniter editam, & continentem omnes non obstantias de mundo non tolluntur conditiones fundationis, nisi nominatim specialiter, & expresè per ipsum Papam sublatæ fuerint. Quod dictum approbauit *Rot. dec. 1. de praben. in nou. firmans*, quod licet per non obstantias hodie in gratijs poni consuetas derogetur Statutis generalibus omnia beneficia Ecclesiastica respicientibus, non derogatur tamen per eas statuto alicui singulari in prima fundatione certi beneficij per fundatorem, siue Clericum, siue Laicum apposito, vel in testamentis eorum, quibus Papa non intendit præiudicare, nec derogare per huius-
6 modi clausulas generales, ne retrahantur à fundatione, & ordinatione beneficiorum.

Subdeclara, vt præmissa non procedant, si ex processu, & sententijs executorum appareat, talem concessionem cedere de presenti, & in futurum cessuram in euidentem Ecclesiæ vtilitatem, quia tali casu nequit allegari defectus voluntatis Papæ ob non factam mentionem prohibitionis alienationis, cum
7 concessio fauorabilis Ecclesiæ non comprehendatur sub dicta prohibitione. *d. dec. 114. nu. 29. 30. par. 9. to. 1. recen. Cassador. dec. 12. nu. 14. de praben.*
8 Subdeclarationem limita, si fundator prohibuit alienationem, seu permutationem etiam in melius, quod sibi facere licuit, cum non sit conditio iniqua, nec contra bonos mores, & fundator
9 possit apponere quascumque conditiones à iure non improbatas, vt in casu *d. dec. 114. nu. 7. 8. 31. 32.* vbi fundator expressè vetuerat, ne Rector pro tempore posset beneficij bona donare permutare, cambiare etiam in melius, sed prout iacent, & posita sunt retinere deberet nomine beneficij, & nequidem alicui laboratori relaxare vltra annum.
10 Item limita vbi non probetur euidens vtilitas, & multo magis vbi appareat de damno. *d. dec. 114. nu. 33. & seqq. par. 9. to. 1. rec.*
11 Tertius, & præcipuus beneplaciti Apostolici effectus est, vt per illud omnes solemnitates in alienatione rerum Ecclesiæ requisitæ suppleantur; ita in terminis defectus consensus, & tractatus. *Seraph. dec. 338. n. 4. & dec. 1080. num. 6. 8.* Et de defectu citationis, & consensus Monachorum. *dec. 207. nu. 2. 8. & per tot. par. 4. diuers.* Et absolutè de defectu cuiuslibet solemnitatis idem *Seraph. dec. 1307. n. 1. & par. 2. diuers. dec. 165. nu. 1. & dec. 178. & par. 4. dec. 222. nu. 3. & dec. 254. nu. 1. & par. 2. recen. dec. 473. nu. 3. & par. 4. to. 3. dec. 711. nu. 6. & par. 7. decis. 57. nu. 13. & par. 8. dec. 39. nu. 18. 41. & par. 10. dec. 200. nu. 5.*
12 Ideò vbi interuenit beneplacitum Apostolicum, non est agendum de solemnitatibus iuxta. *cons. Abb. 41. lib. 1.* quem Rot. sequitur teste *Cocc. n. dec. 391. nu. 2. & dec. 374. nu. 4. & dec. 445. nu. 2. Duran. dec. 250. nu. 13. & dec. 397. nu. 2. 8. & dec. 459. nu. 3.*
13 Nam rota solemnitas hodie consistit in assensu Papæ stante *Extrauagan.* Pauli II. *Merlin. dec. 775. nu. 18.*
14 Immo consensus Papæ in alienatione bonorum Ecclesiæ requiritur non solum pro solemnitate, sed etiam pro forma ratione consensus veri Domini, seu Primarij, & supremi Administratoris: nam Paulus II. in illa *Extrauagan.* Ambitiosæ, auocauit à Prælatis potestatem alienandi bona suarum Ecclesiarum, vetuitq; ne ipso inconsulto quidquam distraherent; quippe Papa est dominus omnium bonorum Ecclesiarum, &
15 habet plenariam dispositionem iure Monarchico, quod apud eum residet in vni-

vniuersum corpus Ecclesiæ, & singula eius membra; Episcopi autem à Papa
16 immediatè acceperunt, & habent potestatem cum omni alia facultate administrandi bona suarum Ecclesiarum; ideo Paulus II. rectè potuit iubere, ne per Episcopos, & alios Prælatos bonorum Ecclesiasticorum fieret alienatio sine Papæ consensu. *Merlin. d. dec. 775. nu. 19. 20. 21.*

17 Et hæc est ratio, ob quam Beneplacitum Apostolicum dicitur supplere alias solemnitates: nam si Papa in bonis Ecclesiasticis liberam habet facultatem, non est necessarius consensus aut citatio aliorum qui aliàs de iure citari aut consentire deberent, cum Papa in locum illorum subintret, & sufficiat interuentus vnius Prælati legitimi, prout est Papa, qui potest in euidentem vtilitatem ea, quæ Prælatus, & conuentus aut Capitulum. *d. dec. 207. num. 7. 8. 9. par. 4. diuers.*

18 Amplia vt beneplacitum Apostolicũ suppleat omnes solemnitates, etiamsi appositum fuerit super contractu cum ipsomet Papa vt priuata persona inito, quia consensus est indiuiduus, & non potest Pontifex vti priuatus consentire, & dissentire vti Papa. *Seraph. dec. 1027. nu. 1. 4.* Amplia etiamsi beneplacitum concessum fuerit cum clausula, si in euidentem, vt dicetur infra nu. 36.

19 Declara principalem conclusionem, licet beneplacitum suppleat defectum solemnitatum, non tamen suppleat substantialia, videlicet potestatem alienandi, & veritatem causæ expressæ. *dec. 2. de confir. vtil. vel inutil. in nou. & dec. 430 nu. 5. par. 1. recen. & dec. 103. n. 19. 20. par. 8.* vbi quod beneplacitum præsumptum non suffragatur, quando non datur causa, propter quam illud debuisset concedi, *& dec. 114. nu. 21. & seqq. par. 9. to. 1. recen.* vbi quod ex beneplacito per Cardinalem expedito de vinæ vocis oraculo non poterat sustineri alienatio facta contra prohibitionem fundatoris, non constito de scientia prohibitionis in Papa, & de facultate derogandi, ac commutandi voluntatem fundatoris ipsi Cardinali per Papam concessa.

20 Hinc non posse fieri fundamentum in confirmatione Apostolica, quando non iustificantur narrata, dictum fuit in *Cracouien. decimarum 11. Nou. 1570. coram Lancellotto, quam refert Rube. in suis singular. de alien. rer. Eccles. obseru. 4. §. 7.*

21 Et quod beneplacitum non suppleat defectum causæ. *Seraph. decis. 508. nu. 2. Gregor. XV. dec. 113. n. 8. & ibi Add. nu. 11. Duran. dec. 250. nu. 15. Caualer. dec. 288. nu. 6. Coccin. dec. 391. nu. 3. & dec. 445. nu. 2.* vbi quod illæ sunt tritæ conclusiones in Rota, *& par. 2. diuers. dec. 278. nu. 2. & par. 4. d. decis. 222. nu. 4. & par. 2. recen. dec. 96. n. 3. & par. 7. dec. 186. nu. 9. & par. 10. dec. 336 nu. 25. & post tract. Cenc. de cens. dec. 36. nu. 8.*

22 Facit tamen, vt pro causa præsumatur, donec probetur contrarium. *Coccin. d. dec. 391. nu. 3. Add. ad Gregor. XV. d. dec. 113. nu. 11. & par. 1. recen. dec. 201. nu. 3.*

23 Secundo declara, vt auctoritas Papæ suppleat omnes solemnitates, si legitimè, & validè interposita fuerit: secus autem, si nulliter, & subreptitiè, veluti si quis licentiam alienandi impetrauerit sub narratiua, quod ex re alienanda minorem summam fructuum perciperet, quàm re vera percipiebat. *dec. 65. nu. 2. 3. par. 2. diuers.*

24 Et quod obreptio pariter, & subreptio vitiant beneplacitum Apostolicum, & maximè si subreptio est circa vtilitatem, seu damnum Ecclesiæ. *Rot. recen. par. 7. dec. 94. n. 60. & seq. quæ est inter impress. Merlin. dec. 702.*

25 Sed si aliquid Papæ narratum non fuerit, quo expresso nihilominus Papa confirmasset alienationem, sustinetur alienatio. *Mohedan. dec. 1. de confirm. vtil. vel inutil.*

Similiter falsa expressio non attenditur, si non versetur circa ipsam causam. *Seraph. d. dec. 508. nu. 11.*

Hinc

Hinc validam esse confirmationem locationis non facta mentione de fructibus per plures annos à conductore iniustè perceptis, dictum fuit apud eumdem *Mohedan. dec.* 10. *de Loca. & cond.* ea ratione, quia tales fructus ad Episcopum solum spectabant, qui pro confirmatione preces porrexerat; Vnde etsi Papæ omnia narrata fuissent, nihilominus confirmationem concessisset, cum Prælatus, de cuius præiudicio agebatur, pro confirmatione supplicasset.

Hinc subreptio rescripti, quando adest euidens vtilitas, non nocet. *Seraph. dec.* 1174. *nu.* 6.

26 Quia in alienatione rerum Ecclesiæ intentio Papæ concedentis facultatem alienandi, vel confirmantis alienationem est inspicienda, quæ quidem est, vt alienatio fiat in euidentem Ecclesiæ vtilitatem: ideo sola Ecclesiæ vtilitas tamquam causa finalis gratiæ est attendenda, neque curandum de alijs subreptionibus, quæ Papam à concedenda gratia non retraxissent. *Seraph dec.*443. *nu.* 1. *& seqq. & dec.*1174 *nu.*7. *& dec.* 1225. *nu.* 2. *Manti. dec.* 101. *n.* 5. *Merlin. dec.* 710. *nu.* 8. *& par.* 1. *recen. dec.* 34. *nu.* 3. 5. *& par.* 4. *to.* 2. *dec.* 319. *n.* 4. *& par.* 7. *dec.* 129. *nu.* 8.

27 Notandum tamen quod prætendens inualiditatem, seu subreptionem confirmationis debet plenè, & concludenter probare, vt in *dec. penult. & vlt. in nou. cum alijs allegatis per Rube. in suis singular. de alien. rerum Eccles. obseru.* 6. §. 3. *& recen. par.* 3. *dec.* 440. *n.* 1.

28 Tertio declara, vt beneplacitum Apostolicum suppleat omnem solemnitatem, quando est in forma gratiosa; at vbi est in forma commissaria, non suffragatur nisi presentatum viuente Pontifice concedente, cum per illius mortem expiret. *dec.* 473. *nu.* 3. *par.* 2. *recen. & dec.* 306. *nu.* 1. 3. *par.* 3. *& dec.* 277. *nu.* 13. *par.* 4. *to.* 2. *& dec.* 336. *nu.* 11. *par.* 10. *Manti. dec.* 41. *nu.* 2. quæ est repetita *in* 4. *par. diuers. decis.* 203. *Duran. dec.* 225. *nu.* 7. 8. *& dec.* 397. *nu.* 21. *&* 22.

29 Quod tamen non euenit, vbi commissario fuit præsentatum viuente Pontifice qui concessit, nam quoad commissarium res non dicitur amplius integra. *Duran. d. dec.* 397. *nu.* 23. *&* 24. vbi quod res non dicitur amplius integra quoad commissarium, quando fuit coram eo productum cum partis citatione, vt in *Elnen. Minoriorum coram Blanchetto relata per Duran. d. nu.* 24. *& Vrsell concl. legal.* 85. *nu.* 263. iuxta quam idem videtur dicendum, si presentatum fuerit intra annum à die obitus Pontificis concedentis ob regulam reualiditariam literarum gratiæ, & iustitiæ.

30 Item non euenit, quando Breue Apostolicum continet gratiam confirmationis simplicem atque perfectam, cuius pura executio alteri demandata esset, tunc enim quia executio est accessoria ad gratiam, non expirat potestas executori collata per mortem concedentis, sicut non expirat gratia ipsa iam facta iuxta *tex in cap. super gratia. de offic. deleg. in* 6. Licet secus sit, vbi gratia esset facienda iuxta *Gl. magnam in cap. cod. Rot. d. dec.* 336. *nu.* 11. *par.* 10. *recen. Manti. dec.* 41. *nu.* 5. vbi quod conclusio non procedit, quando executor debet adhibere causæ cognitionem. *& dec.* 473. *nu.* 4. *par.* 2. *recen.*

31 Item beneplacitum in forma commissaria non suffragatur, nisi executor processerit seruata forma suæ commissionis. *Seraph. dec.* 1307. *nu.* 2. *Duran. dec.* 205 *nu.* 3. *& seqq. & dec.* 250. *nu.* 14. *& dec.* 397. *nu.* 4. *Merlin. dec.* 710. *nu.* 14. *& par.* 1. *recen. dec.* 624. *nu.* 1. *& par.* 2. *dec.* 676. *nu.* 5. *& par.* 5. *dec.* 367. *nu.* 14. *& par.* 7. *dec.* 94. *nu.* 42. *& par.* 10. *d. dec.* 336. *nu.* 17. *cum alleg. in cap. seq.*

32 Paria enim sunt nullum beneplacitum fuisse obtentum, & obtentum sed nulliter executum. *Merlin. d. dec.* 775. *nu.* 9. *cum not. in d. cap. seq.*

33 Postremo nota, quod licet beneplacitum Apostolicum suppleat omnes solemnitates, non tamen sequitur quod sole-

solemnitates de iure communi requisitæ suppleant defectum beneplaciti, quod omnino est hodie necessarium, vt dictum fuit *in dec. 39. nu. 18. 19. par. 8. recen. cum supra allegatis cap. 8.*

34 Secundò nota quod beneplacitum Apostolicum ab vno obtentum pro alienatione bonorum Ecclesiæ operatur, vt sustineatur alienatio, etiamsi in alium facta fuerit; quia cum in concessione beneplaciti ad effectum prædictum Papa solam Ecclesiæ vtilitatem consideret, non autem personas quibus conceditur, propterea tali casu beneplacitum etiam de persona ad personam extenditur. *dec. 46. n. 30. 31. par. 10. recen.* petea quę habentur *dec. 228. nu. 31. part. 7.*

35 Tertio No. confirmationem alienationis in forma simplicis commissionis obtentam cum clausula, & per Breue, non suffragari, si Breue expeditum non fuerit, quia obstat regula de non iudicando iuxta formam supplicationis, *in d. dec. 203. par. 4. diuers. quæ est inter impress. Manti. dec. 41. nu. 3.*

36 Quarto no. quod beneplacitum concessum cum clausula si in euidentem, statim operatur, etiam priusquam euidens Ecclesiæ vtilitas probetur: etenim d. conditio non est de futuro, sed de presenti aut de præterito, (cum attendatur vtilitas de tempore contractus) quæ ideò statim est necessariò vera aut falsa, & consequenter non facit beneplacitum secundum se, & quoad eius substantiam conditionale, sed solùm suspendit illius executionem in tempus, postquam de euidenti vtilitate constiterit, ita vt beneplacitum statim ab initio, & à tempore contractus operetur suum effectum, cum quod cedat vel non cedat in Ecclesiæ vtilitatem, sit ab eo tempore in rerum natura certum non minus, quam si ab initio interuenissent omnes iuris solemnitates, quas beneplacitum supplet. *Duran. dec. 397. nu. 12. vers. Vnde cum in casu nostro, & nu. 15. 16.* vbi quod, obtento beneplacito cum clausula si in euidentem, non est amplius quærendum de solemnitatibus, nec an Ecclesia ex hoc capite possit pœnitere, nam beneplacitum Apostolicum supplet defectum solemnitatum, & perinde est ac si illæ interuenissent de tempore celebrati contractus, cum ad illud tempus quoad omnes iuris effectus beneplacitum retrotrahatur.

Quod tamen est intelligendum, quando rescriptum fuit presentatum viuo Pontifice concedente, & res est in eo statu vt confirmatio fieri possit, vt declarat. *Manti. d. dec. 41. nu. 4. cum supra not.*

37 No. denique, confirmationem Apostolicam, siue executorum, quibus confirmatio fuit commissa, operari vt alienatio vtilis præsumatur, donec probetur contrarium. *dec. 221. nu. 1. par. 4. diuers. cum infra not. cap. 20. vbi fusius.*

---

## De forma literarum, seu rescripti Apostolici ab executoribus seruanda.

### CAP. X.

*Ad materiam Abb. cons. 41. nu. 1. in fi. lib. 1. Dec. cons. 173. n. 2. Ricc. in prax. resol. 510. Gratia. discept. 551. nu. 10. & discept. 766. nu. 18. Redoan. de rebus Eccles. non alien. q. 23. à nu. 55. per tot. Boss. de alien. bonor. Eccles. à nu. 75. ad nu. 80. & nu. 83. 84. 88. & nu. 223. & seqq.*

### SVMMARIVM.

1 *Forma literarum seruanda est.*
2 *Forma rescripti, si in euidentem, diligenter seruari debet, aliàs nulla est alienatio.*
3 *Excessus in alienatione vltra facultatem concessam vitiat contractum, secùs*

*si minùs fuerit alienatum.*

4 *Locatio facta absque expressione bonorum locatorum est nulla, si Papa ea exprimi mandauerit.*

5 *Alienatio est nulla ob non seruatam formam, si Papa mandauit pretium deponi, & reinuestiri in stabilibus, & fuit habita fides de pretio.*

*Item in alijs octo casibus, de quibus vsque ad nu. 14.*

14 *Clausula, si tibi legitimè constiterit, causæ cognitionem exigit.*

15 *Clausula, seruatis seruandis, æquipollet clausulæ, vocatis vocandis, & imponit onus assumendi partes iudicis.*

16 *Clausula conscientiam tuam oneramus, arbitrio tuo, & si tibi videbitur, operantur vt iudices commissarij possint extraiudicaliter se informare.*

*Limita vbi adsunt etiam clausulæ, seruatis seruandis, & si tibi constiterit. nu. 17.*

18 *Clausula, vocatis vocandis quando censeatur satisfactum per generalem citationem interesse habentium.*

*Item vigore d. clausulæ, qui citari debeant. nu 19.*

20 *Citatio Rectoris, quando sufficiat, licet non compareat, & quando non requiratur in alienatione, si in euidentem.*

21 *Executores an, & quandò possint extraiudicialiter se informare, vbi in rescripto non adsunt clausulæ, seruatis seruandis, vocatis vocandis, aut aliæ, quæ importent causæ cognitionem.*

22 *Executor qui capit iudicialiter procedere, non potest amplius extraiudicialiter se informare.*

23 *Citatio requiritur, licet executor extraiudicialiter procedat: vnica tamen sufficit.*

24 *Forma rescripti non seruata in alienatione nec vtile sustinetur, sed vitiatur per inutile.*

25 *Forma rescripti non seruata titulus ex alienatione nullus resultat. Limita vt nu. 26. & 27.*

28 *Formam rescripti executor excessisse non dicitur, si pinguiùs adimpleuerit.*

29 *Forma an, & quando præcisè adimpleri debeat, vel sufficiat per æquipollens adimpleri.*

30 *Forma rescripti non seruata dicitur, si contra aut citra eam quid gestum fuerit.*



1 Orma literarum seruanda est *dec. 616. nu. 2. par. 2. recen. & dec. 354. nu. 13. par. 5. & dec. 11. nu. 19. par. 6. Verall. dec. 250. nu. 1. par. 3. Emin. Otthob. dec. 153. n. 4.*

2 Et quod forma rescripti, si in euidentem, diligenter seruari debet, aliàs alienatio est nulla. *dec. 189. nu. 1. par. 4. diuers. & dec. 624. nu. 1. par. 1. rec. & dec. 161. nu. 6. par. 4. tom. 2. & decis. 295. nu. 4. & dec. 350. nu. 1. & 2. par. 5.* quæ sunt inter impress. *Duran. dec. 203. & dec. 238. & par. 6. rec. dec. 200. nu. 4. & par. 7. dec. 94. nu. 42.* quæ est inter impress. *Merlin. dec. 702.* & apud eundem *Merlin. dec. 887. a nu. 17. & par. 10. recen. dec. 275. n. 21. cum allegatis per Boss. de alien. bon. Eccles. num. 223. & seqq.*

3 Hinc si Pontifex facultatem dederit alienandi bona valoris decem scutorum, & excessum fuerit, alienatio corruit *dec. 430. nu. 2. par. 2. recen.* vbi etiam quod Vicarius non potest eam authorizare.

At si Papa dederit facultatem alienandi plures petias terræ, vel vsquè ad certam summam, puta Sc. mille, & alienatio facta fuerit in vna petia tantum, vel in summa Sc. 500. forma non seruata dici nequit: quia dans facultatem alienandi quod est plus, censetur etiam de eo quod est minus licentiam dedisse. *Seraph. dec. 401. nu. 1.*

4 Hinc etiam dictum fuit, locationem factam, seu sententiam executorum super locatione fuisse nullam, in qua bona locata non fuerant expressa, cum tamen Papa in rescripto mandasset, coràm iudicibus specificari bona in locatione comprehensa, vt scilicet finita, seu aliàs cessante locatione, de quantitate terrarum locatarum certior red-

dere-

deretur. *d. decis. 189. nu. 1. & 2. par. 4. diuers. relata cum alijs per Ricc. in prax. resol. 510. nu. 1. & dec. 624. nu. 1. par. 1. recen. & apud Merlin. dec. 887. num. 25. & recen. par. 10. dec. 336. num. 12.*

5 Sic si in literis fuerit expressum vt pretium deponatur, & fiat reinuestimentum in stabilibus, & tamen fuerit habita fides de pretio, alienatio est nulla. *Duran. decis. 205. nu 9.*

6 Ita si in literis dictum sit, vt executores approbarent alienationem, postquàm alienatio facta fuerit, & executores recepta informatione super euidenti vtilitate licentiam alienandi concesserint, cuius vigore alienatio subsecuta fuerit; huiusmodi alienatio est nulla ob non seruatam formam breuis, nam confirmatio alienationis præcessit alienationem ipsam, cum tamen subsequi deberet, attentis verbis rescripti postquàm alienatio facta fuerit, quæ dictio postquam inducit conditionem, & formam *Duran. d. dec. 205. nu. 7 8. & dec. 238. num. 12. & par. 2. rec. decis. 46. num. 2.*

7 Ita si literæ exprimant, vt assignentur tot proprietates Parochiæ quæ redderent annuum reditum ducatorum centum, & fuerit assignata Rectori annua pensio Lib. centum percipienda de manu capituli, dismembratio est nulla, vti facta non seruata forma literarum *dec. 161. num. 5. & 6. par 4. tom. 2. rec.*

8 Similiter si Papa facultatem locandi concesserit Titio, siue eius Procuratori, & locatio facta fuerit à creditoribus Titij, confirmatio executoris erit nulla, vti excedens formam breuis; rescripta enim Papæ non capiunt personas non expressas; nam verisimiliter Papa voluit confidere de Titio, qui erat legitimus titularis, aut de persona ab eo deputata circa actum locationis, qui propterea non poterat explicari per alium. *dec. 200. nu. 5. par. 6. recen.*

9 Similiter si tempus faciendę locationis fuerit in literis adiectum, temporis adiectio stat taxatiuè, ideo lapso d. tempore facta locatio non potest ab executore validè confirmari *d. dec. 200. nu. 7. 8. par. 6. recent.*

10 Similiter, si in literis detur facultas concedendi in emphyteusim Titio, & eius hæredibus, quæ verba in emphyteusi ecclesiastica coarctantur ad hæredes sanguinis, & descendentes, & inuestitura concepta fuerit cum clausula, & quibus dederint: per quam bona fiunt transitoria ad extraneos, siue hæredes vniuersales, siue singulares successores: hæc discrepantia inter literas Papæ, & executionem ipsarum literarum, ac ipsam inuestituram inducit nullitatem. *Merlin. decis. 887. nu. 18. & seq.*

11 Similiter cum Papa concessisset licentiam alienandi in emphyteusim, & obtenta esset confirmatio alienationis factæ in censum perpetuum, & sic contra rescriptum, dictum fuit alienationem esse nullam, & confirmationem obtentam contra formam rescripti else nullius roboris, & momenti. *Seraph. dec. 1195. per tot. & Merlin. decis. 710. nu. 14. cum adduct. per Rube in suis singular. de alien. rerum eccles. obser. 4. §. 1.*

12 Pariter si in literis commissum fuerit executoribus, vt super euidenti vtilitate processum fabricarent, & legitimè inquirerent: ij autem absque causæ cognitione, & discussione iudiciaria processerint, alienatio, & sententia commissariorum est nulla, & non attendenda. *Merlin. decis. 702. à nu. 43.* vbi quod sententia debet ex actis iustificari, quando executores tenebantur iudicialiter procedere. *Caualer. decis. 215. nu. 4. cum plurib. adduct. per Merlin. loco citato.*

13 Et si in literis appositæ fuerint clausulæ, vocatis vocandis, & si tibi constiterit, quæ causæ cognitionem requirunt, & executores processum non formauerint, neque inquisitionem necessariam fecerint, neque interesse habentes citauerint, quod alienatio sit nulla habetur in dicta *dec. 624. num. 4. & 5. par. 1. recen. & post tract. Cenc. de censibus dec. 36. num. 3. & seqq. alijsque relatis per Rub. in suis singolar. de alien.*

*rerum Eccles. obseru. 3.* §. 1. *& dec.* 275. *nu.* 22. *& dec.* 336. *nu.* 13. *par.* 10. *recen. cum allegatis per Ricc. in prax. resol.* 510. *nu.* 6. *& Vrsell. concl. leg.* 85. *nu.* 50. *&* 52.

14 Et de clausula si tibi legitimè constiterit, quod causæ cognitionem, & legitimas probationes exigit. *Merlin. d. decis.* 702. *nu.* 50. *& apud Cenc. de Censibus. d. dec.* 36. *nu.* 6. *&* 7. *& par.* 10. *recen. d. dec.* 336. *nu.* 14. vbi quod legitima iustificatio narratorum, præcipuè vero euidentis vtilitatis, & quidem ex plenis ac concludentibus probationibus requiritur. *ad decis. Buratt.* 41. *nu.* 1. *cum ibi not. per Add.*

15 Et de clausula, seruatis seruandis, quæ æquipollet clausulæ, vocatis, vocandis, & imponit onus assumendi partes iudicis, & conficiendi publica documenta, ita vt non sufficiat extraiudicialis informatio. *dec.* 209. *nu.* 3. *par.* 4. *diuers. & dec.* 350. *nu.* 6. *par.* 5. *recen. quæ est inter impress. Duran. decis.* 238. *& apud Merlin. d. dec.* 702. *n.* 49.

16 Quę procedunt, etiamsi in ijsdem literis adsit clausula, conscientiam tuam oneramus; quia licet vigore dictę clausulæ possint iudices commissarij extraiudicialiter se informare iuxta *Pute. dec.* 140. *nu.* 3. *lib.* 2. *& Merlin. d. dec.* 702. *nu.* 47. (vbi tamen ex Bal. auctoritate admonet, conscientiam debere proficisci non de capite tantum iudicis sed ex vtero legis in ea figendo pedes) *& Caualcr. dec.* 10. *nu.* 4. Pro vt etiam dicitur de clausula, arbitrio tuo, & si tibi videbitur, quæ æquipollet clausulæ conscientiæ tuæ &c. *Merlin. dec.* 10. *n.* 10. *&* 11. *& dec.* 35. *nu.* 7. *quæ est dec.* 426. *par.* 5. *tom.* 2. *recen. cui consonat dec.* 435. *nu.* 7. *ead. par.* 5. *tom.* 2. vbi quod executor constitutus cum clausula, arbitrio tuo, potest procedere absque citatione, & iuris ordine non seruato, sed tantum extraiudicialiter eruditus.

17 Attamen vbi adsunt dictæ clausulæ, seruatis seruandis, & si tibi constiterit, clausula, conscientiam tuam oneramus, ab eis modificatur, quasi dixerit Papa, iudicialiter procedatis, & vti iudicum conscientias vestras oneramus, regulando vestrum iudicium cum legitimis probationibus. *Merlin. dicta dec.* 702. *num.* 51.

18 Declara vt dictæ clausulæ, vocatis vocandis, censeatur satisfactum per citationem generalem contra omnes, & singulos sua interesse putantes, quando non sunt certi, qui veniant citandi. *Duran. d. dec.* 254. *nu.* 11. vbi quod ita fuit millies decisum. Secus vbi interesse habentes sunt certi, quia tunc veniunt citandi nominatim, & non per edictum. *d. dec.* 275. *nu.* 23. *par.* 10. *recen. cum allegatis per Ricc. in prax. resol.* 510. *nu.* 8.

19 Item declara, vt propter d. clausulam non debeant citari nisi interesse habentes. *Seraph. dec.* 338. *n.* 3. vbi cum in alienatione bonorum mensæ Episcopalis separatæ à mensa capituli requireretur consensus capituli, non vti personæ interesse habentis, sed tamquam solemnitas, dictum fuit citationem capituli non fuisse necessariam.

20 Item declara, vt in alienatione si in euidentem sufficiat citatio Rectoris alienantis, licet non comparuerit: item sufficit quod Rector fuerit presens, licet alias citatio pro forma requireretur, *ex adduct. per Boss. de alien. bonor. Eccles. n.* 79. vbi etiam quod non requiritur citatio, quando Rector Papæ supplicauit.

Quid autem si versemur in simplicibus terminis rescripti, si in euidentem, in quo non adsint clausulæ prædictæ, vocatis vocandis, seruatis seruandis, & similes; num executores poterunt se extra iudicialiter informare?

21 Pro negatiua est *dec. Seraph.* 1307. *n.* 2. In affirmatiuam autem sententiam, iuit *Rot. dec.* 716. *nu.* 1. *par.* 1. *diuers.* & videtur inclinasse apud *Duran. dec.* 238. *nu.* 5. pro qua sententia faciunt etiam tradita, licet non in materia alienationis, *in dec.* 51. *nu.* 11. *par.* 7. *recen. & apud Buratt. dec.* 622. *num.* 1. vbi quod executor de veritate narratorum potest extraiudicialiter se informare

mare quando in literis non adest clausula, quæ iudicialem cognitionem requirat.

Idem tenuit *Rot. apud Pute. dec.* 140. *nu.* 1. *lib.* 2. vbi quod executor potest se extraiudicialiter informare, vbi non adest clausula vocatis vocandis, & non adest contradictor. *& in dec.* 36. *n.* 9. *&* 10. *post tract. Cenc. de censibus*, vbi quod iudex non potest extraiudicialiter procedere, cum non fuerit derogatum Paulinæ, neque ei simpliciter commissum, vt se informaret, sed vt seruato iuris ordine procederet; ergo contrarium dicendum est, si ei simpliciter sit commissa informatio absque clausula, iuris ordine seruato, *iuxta cons. Abb.* 41. *lib.* 1. & supra notata in cap. 7.

Et ita in terminis alienationis *cons. Abb. procedere declarauit Rot. in dec.* 479. *nu.* 2. *par.* 1. *& dec.* 160. *nu.* 8. *par.* 2. *diuers. & in alijs decisionibus allegatis per Vrsell. concl. Legal.* 85. *n.* 53. *& seqq.*

Et hæc faciliùs procedent, vbi ab executore aliquod negotium extra iudicium est expediendum; tunc enim poterit executor extraiudicialiter reddi certus, & se informare, & stabitur illius assertioni, quod se informauerit. *Bellamer. dec.* 567. *post med. Pute. d. dec.* 140. *nu.* 2. *lib.* 2. *Caualer. dec.* 645. *n.* 2. *&* 3.

22 Animaduerte tamen, in casu quo possit executor extraiudicialiter se informare, si cœperit iudicialiter procedere, non posse eum electa via iudiciaria deserere causæ cognitionem, & procedere extraiudicialitèr. *Duran. d. dec.* 238. *num.* 7.

23 Item no. quod per facultatem extraiudicialiter se informandi non tollitur partis citatio; est tamen verum quod non proceditur iudicialiter; vnde non in quolibet actu, sed vnica citatio pro informatione requiritur. *Crescen. de priuileg. dec.* 12.

24 Nunc ad principalem conclusionem redeundo de nullitate alienationis factæ contra formam rescripti, eam amplia, vt tali casu nec vtile sustineatur, sed vitietur per inutile iuxta opinionem, quam Rota seruat, *vt in dec.* 202. *num.* 6. *par.* 7. *recen.* vbi cum indulto data esset licentia alienandi in duas generationes, & fuisset facta concessio pro successoribus, & descendentibus in perpetuum resolutum fuit, concessionem nequidem intra duas generationes permissas posse sustineri. *Adde Merlin. dec.* 887. *nu.* 20. qui concordantes adducit, *& Pen. dec.* 413. *nu.* 5. *&* 6. vbi de forma à lege præscripta in locationibus rerum Ecclesiæ, *cum adduct. per Boss. de alien. bonor. Eccles. nu.* 227.

Eamdem conclusionem declara, vt licet non seruata forma rescripti vitietur alienatio, ita vt titulus ex ea nullus,
25 & irreleuans sit. *d. dec.* 94. *nu.* 42. *par.* 7. *recen. inter impress. Merlin. dec.* 702. Attamen per breue Apostolicum potest alienatio reualidari, si Papæ narratum
26 fuerit, quod forma non fuit seruata, & petita sit reualidatio. *dec.* 350. *nu.* 18. *&* 19. *par.* 5. *recen. inter impress. Duran. decis.* 230.

27 Item potest reualidari, si contractus sit vtilis Ecclesiæ, & Ecclesia in eo persistere voluerit, illumque Rector approbauerit, dummodo in Rectoris ratificatione bene placitum Apostolicum interuenerit. *dec. eadem num.* 18. *&* 26. *& seqq.*

28 Secundo declara, vt executor non dicatur formam rescripti, & mandati fines excedere, si pinguiùs adimpleuerit, quod habuit in mandatis. *Seraph. dec.* 1307. *nu.* 9. vbi de executore, qui canonem auxit, cum posset confirmare contractum sine augumento, quatenùs in euidentem &c.

29 Tertio declara vt si de Ecclesiæ vtilitate constet, non sit curandum de præciso adimplemento formæ in literis præscriptæ, sed sufficiat vt forma per æquipollens sit adimpleta. *Duran. dec.* 225. *nu.* 2. *&* 3. vbi quod in puncto gratiæ si in euidentem, videtur fuisse de mente Rotæ, vt possit alienatio sustineri non seruata forma rescripti, si aliunde appareat de Ecclesiæ vtilitate, *vt in dec.* 651. *nu.* 1. *circa fi. par.* 1. *& decis.*

*decis.* 178. *nu.* 8. *par.* 2. *diu.* & *dec.* 577. *nu.* 10. *par.* 1. *recen.*

Et videtur conferre ea ratio, quia in rescriptis, si in euidentem, vnicus finis, qui attenditur est euidens vtilitas, præter quam Papa aliud non curat. *Seraph. dec.* 480. *nu.* 2. & *dec.* 1125. *nu.* 7. & *dec.* 1338. *nu.* 1. *Mellin. dec.* 135. *n.* 6.

Nihilominus prædicta intellige ad effectum, vt à principio gratia non fuerit nulla, aut subreptitia, prout si vtilitas Ecclesiæ non proueniat ex causa narrata, sed ex alia simili, aut æquiualenti, sed non ad effectum, vt in executione forma data non sit seruanda, quia si Papa executoribus certam formam, certumque modum in facienda executione prescripsit, executio aliter facta nulla esset, & perinde ac si facta nunquam fuisset *Duran. d. dec.* 225. *n.* 4. & *nu.* 12. & *dec.* 161. *nu.* 7. Maximè vbi licentia vendendi non emanauit ex causa necessitatis, sed vtilitatis, quo casu tanto magis requiritur obseruantia formæ. *Duran. d. dec.* 225. *nu.* 5.

Item dici posset non seruata forma sustineri alienationem, si constet de vtilitate, quando forma fuit data ad effectum, vt constaret de vtilitate, tunc enim per æquipollens adimpleri potest iuxta *Pute dec.* 252. *ante fi. seu. dec.* 246. *iuxta recent. impress. lib.* 2.

Vnde si de Ecclesiæ euidenti vtilitate aliunde constet, non videtur dubium, quin sit satisfactum intentioni eius, qui formam dedit, vt dictum fuit *in Lauden. bonorum* 8. *Iunij* 1588. *coràm Gispio, de qua meminit Rubens in suis singul. de alien. rerum Eccles. obseru.* 4. §. 5.

30 Cœterum rescripti forma non seruata dicitur, si contra, aut citra eam quid gestum fuerit: quæ idem sunt ad effectum inducendi nullitatem alienationis. *Duran. d. dec.* 238. *nu.* 3.

---

Pro executoribus an, & quando præsumatur.

## CAP. XI.

*Ad materiam Redoan. de reb. Eccles. non alien. q* 20. *nu.* 162. & *seqq. Gabr. de sententia. concl.* 5. *nu.* 2. *Simoncel. de decreto. tit.* 7. *nu.* 44. & *nu.* 51. 52. *Ricc. in prax. fori eccles. dec.* 8. & *dec.* 29. *Boss. de alien. bonor. Eccles. nu.* 81. 82.

### SVMMARIVM.

1 *Pro executore præsumitur, vt ritè, & rectè processerit: & contrarium asserens probare debet exhibito integro processu. nu.* 2. 3.

4 *Pro executorũ sententia cõfirmante alienationẽ præsumitur. Declara vt n.* 8.

5 *Executor præsumitur adhibuisse causæ cognitionem, licet hoc non enuncietur in sententia: item præsumitur formam Breuis exactè seruasse, & considerasse vtilitatem Ecclesiæ; & extraiudicialiter se informasse plenè, & sufficienter. nu.* 6. 7.

9 *Pro decreto executoris præsumitur in dubio: admittitur tamen probatio in contrarium, quod non subsit necessitas, vel euidens vtilitas.*

10 *Executoris assertiori circa captas informationes statur vbi poterat se extraiudicialiter informare, secus vbi iudicialiter erat procedendum.*

11 *Executoris sententia vbi ex actis non iustificatur, nullius momenti reputatur, & eliditur præsumptio, quæ regulariter stat pro executore.*

12 *Pro executore præsumitur, vbi non constet de damno Ecclesiæ, vel quod formam suæ commissionis non seruauerit.*

1 REgula est pro executore præsumi vt ritè, & rectè processerit ad executionem iuxta *cons. Abb.* 41. *nu.* 2. *lib.* 1. *quem sequitur Rot apud Pute. dec.* 356. *n.* 4. *lib.* 1. *Seraph.*

*Seraph. dec.* 1109. *nu.* 2. *& dec.* 1125. *nu.* 2. *Buratt. dec.* 426. *nu.* 3. *Emin. Ottheb. dec.* 90. *nu.* 6. *& par.* 2. *recen. dec.* 739. *nu.* 4. *in fi. & par.* 3. *dec.* 405. *nu.* 2. *& par.* 4. *dec.* 577. *n.* 4. *& par.* 6. *dec.* 71. *nu.* 7. *& dec.* 275. *nu.* 25.

2 Et contrarium asserenti incumbit onus probandi, *Buratt. d. dec.* 426. *n.* 3. *& dec.* 746. *nu.* 16. *Caualer. dec.* 226. *nu.* 1. *& par.* 4. *tom.* 2. *recen. dec.* 451. *nu.* 6. *& par.* 5. *to.* 2. *dec.* 493. *nu.* 14.

3 Et quidem exhibito integro processu ad hoc vt ex actorum inspectione dicatur probata inobseruantia formæ. *Rub. in suis singul. de alien. rerum Eccles. obseru.* 4. §. 2. vbi adducit plures decisiones.

4 Et in puncto alienationis rerum Ecclesiæ, quod præsumitur pro sententia executorum *Seraph. dec.* 919. *nu.* 1. vbi dubitabatur de causa alienationis, *& dec.* 338. *nu.* 1. vbi quod ab executore præsumitur adhibita causæ cognitio,
5 etiamsi hoc non enuncietur, *& in dec.* 401. *nu.* 3. *&* 2. vbi quod executor præsumitur formam Breuis exactè ser-
6 uasse, & considerasse vtilitatem Ecclesiæ, & in *dec.* 1073. *num.* 3. vbi quod præsumitur extraiudicialitèr se infor-
7 masse plenè, & sufficientèr, præsertim si constet fuisse examinatos plures testes, licet eorum dicta non reperiantur neque exhibeantur, *vt in Romana deuolutionis domorum.* 26. *Martij* 1659. *coram bo. me. Emin. Pamphilio, quam refert Rub. obseru.* 8. *nu.* 3.

8 Sed hæc intellige primo vt procedant concurrente obseruantia, & nisi contrarium probetur iuxta eumdem *Seraph. dec.* 601. *nu.* 1. vbi quod non præsumitur pro sententia quando non est de antiquo, & contra eam adsunt probationes: *& d. dec.* 1125. *nu.* 1. *& dec.* 1174. *n.* 2. *&* 3. *& dec.* 1338. vbi quod præsumitur pro sententia confirmante alienationem, donec contrarium probetur, maximè vbi fuerit executa, & longo tempore obseruata, veluti spatio 30. annorum; quamobrem contrarium dicendum venit, vbi adsunt probationes in contrarium, & sententia non est antiqua, nec obseruata.

Congruunt tradita *per Rub. d. tit. de alien. rerum Eccles. obseru.* 5. §. 1. vbi quod in dubio pro decreto præsu-
9 mitur, admittitur tamen probatio in contrarium, quod non subsit necessitas neque euidens vtilitas, & ita fuit resolutum in Placentina bonorum inter impresf. *Seraph. dec.* 508. *nu.* 5. *& in Leodien. census.* 29. *Iannar.* 1596. *coram Orano.*

10 Secundo intellige, vt procedant, vbi executor poterat se extraiudicialiter informare, tunc enim præsumitur plenè, & sufficienter se informasse, & statur illius assertioni. *Caualer. dec.* 645. *nu.* 3. *post Seraph. dec.* 1073. *nu.* 3. *Pute. dec.* 140. *n.* 2. *lib.* 2. *Duran. d. dec.* 238. *nu.* 5. *Merlin. dec.* 418. *nu.* 3.

Et in his terminis intelligenda *dec.* 479. *nu.* 1. 2. *par.* 1. *diuers.* vbi quod concessio præsumitur vtilis, prout exprimitur in sententia executoris, etiamsi testes non fuerint examinati parte citata, & datis articulis, quia in huiusmodi processibus hæc non sunt necessaria, cum non procedatur iudicialiter iuxta *Abb. cons.* 41. *vol.* 1.

At quando iudicialiter est procedendum de obseruantia formæ per acta iudiciaria constare debet, & si de obseruantia in actis non appareat, eo ipso probata dicitur inobseruantia *Duran. d. dec.* 238. *nu.* 8. 9. *& dec.* 250. *n.* 12.



Congruit *dec. Gregor. XV. nu.* 1. vbi quod executor mixtus non potest dare gratiam pro iustificata, quia cum iudicis partes sustineat, non est habenda fides eius assertioni, quæ ex actis non comprobatur. *Item dec.* 275. *nu.* 24. *&* 25. *& dec.* 336. *num.* 15. 16. *par.* 10. *recen.* vbi quod sententia executo-
11 ris, quæ ex processu non iustificatur, nullius momenti habetur, & eliditur præsumptio quæ regulariter stat pro executore; nam talis sententia extrinsecis præsumptionibus, nempe temporis cursu, & obseruantia pro executoribus adduci solitis non iuuatur, cum extra-

extraiudiciales informationes, ac proinde præsumptiones ex eis deductæ non admittantur, maximè quando ex ipso processu apparent defectus.

12 Tertio intellige, vt procedant, dummodo executor formam suæ commissionis seruauerit, secus vbi contrarium appareat, vel vbi constet de damno Ecclesiæ. *Duran. d. dec. 250. n. 8. & 15. & recen. par. 1. dec. 430. nu. 6. 7. cum supra not. in præcedenti cap. & infra cap. 20. num. 4. 5.*

## De Reseruatione Beneplaciti Apostolici, & illius effectu.

### CAP. XII.

*Ad materiam Gratia. discept. forens. cap. 168. nu. 13. & cap. 202. nu. 22. & seqq. & fusius in cap. 514. à nu. 7. ad nu. 19. & cap. 926. nu. 4. Gabr. cons. 92. n. 7. lib. 1. Ricc. in prax. for. Eccles. dec. 36. & dec. 56. & dec. 57. Boss. de alien. bon. Eccles. à num. 210. ad nu. 223.*

### SVMMARIVM.

1 *Beneplacitum Apostolicum simpliciter reseruatum intelligitur reseruatum quatenus sit necessarium.*

2 *Beneplacitum Apostolicum reseruatum cum clausula, quatenus opus sit an, & quando debeat necessario impetrari.*

3 *Beneplaciti Apostolici reseruatio cum clausula, nec aliàs nec alio modo, operatur, vt eo deficiente contractus dicatur nullus ex defectu solemnitatum, atque consensus.*

*Item vt beneplacitum debeat obtineri, etiam si de iure non esset necessarium. num. 4.*

*Item vt ante impetrationem beneplaciti liceat pœnitere. nu. 5. Amplia, & declara vt nu. 6. & 7.*

8 *Beneplacito impetrato non est amplius pœnitentiæ locus. Amplia vt n. 9. 10. Limita vt nu. 11. 12.*

13 *Ecclesiam stare decet contractibus per eam gestis, vbi euidens damnum non probetur.*

14 *Beneplaciti reseruatio cum clausula, nec alias nec alio modo, operatur, vt eo non impetrato tradens possessionem non incidat in pœnas Extrauag. Ambitiosæ.*

1 SI beneplacitum Apostolicum expresse à contrahentibus reseruetur, hæc reseruatio vel fit simpliciter, & intelligitur reseruatum quatenus sit necessarium. *Paste dec. 44. lib. 2. Seraph. dec. 1027. nu. 7. & dec. 1319. nu. 2. & par. 2. recen. dec. 404. nu. 6. & par. 7. dec. 218. nu. 13. & dec. 155. n. 3. par. 8. cum adduct. per Adden. ad Buratt. dec. 374. nu. 16. & Adden. ad Gregor. dec. 192. lit. A. in fi. Vrsell. concl. leg. 85. nu. 259.*

2 Vel reseruatio fit cum clausula quatenus opus sit, & est subdistinguendum; si enim versemur in materia in qua beneplacitum non requiratur, puta in re alienari solita non est necesse iustificare illius impetrationem. *Duran. decis. 250. nu. 16. & 17. cum adduct. per Vrsell d. concl. 85. nu. 257.* Si vero agatur de re quæ sine auctoritate Apostolica alienari non possit, cuiusmodi sunt decimæ, quas Episcopus sine auctoritate Papæ in laicos transferre nequit, tunc est necessaria illius impetratio, prout etiam si ageretur de re solita alienari, sed solitum fuerit alteratum. *Rot. recen. par. 2. dec. 631. num. 1. & apud Duran. d. dec. 250. nu. 22.*

Vel denique reseruatio fit conditionaliter, & cum clausula, nec aliàs, nec alio modo, & huiusmodi reseruationis triplex est effectus.

3 Primus est vt deficiente beneplacito contractus sit dupliciter nullus, nempè ex defectu solemnitatum, & etiam consensus, qui censetur eo ipso deficere,

quod

quod deficit beneplacitum consensui correspectiuum. *dec.* 277. *nu.* 12. *par.* 4. *to.* 2. *recent. Buratt. dec.* 374. *nu.* 1. *& ibi Add. nu.* 17. *in fi. Emin. Otthob. dec.* 270. *à nu.* 18. *cum adduct. per Vrsell. concl. leg.* 85. *nu.* 108.

4 Secundus est vt beneplacitum debeat obtineri, etiamsi de iure alioquin necessarium non esset. *Gregor. dec.* 192. *n.* 1. *& ibi add. lit. A. Buratt. dec.* 374. *n.* 12. *& ibi Add. n.* 17. *& par.* 5. *tom.* 2. *rec. dec.* 561. *nu.* 2. 6. *cum allegatis per Vrsell. loco citato, & nu.* 258.

Quoniam d. clausula, non aliàs aliter &c. facit actum conditionalem, & formam inducit, cuius defectu actus remanet inualidus, & pro non facto habetur. *d. dec.* 561. *nu.* 5. *par.* 5. *tom.* 2. *recen. & dec.* 94. *nu.* 1. *par.* 6.

Et idem est si dictum fuerit saluo semper S. D. N. beneplacito: quia illa verba ablatiui absoluti important conditionem, ita vt beneplacito nondum impetrato alienatio nullum producat effectum. *Seraph. dec.* 805. *nu.* 8. *Duran. dec.* 458. *nu.* 4. *cum adduct. in dec.* 561. *nu.* 4. *par.* 5. *tom.* 2. *recen.*

Et quod non impetrato beneplacito possessio reddit ad ipsum alienantem cum omni iure. *Seraph. dec.* 144. *n.* 2.

5 Tertius est effectus, vt ante impetrationem beneplaciti liceat pœnitere: quia beneplaciti reseruatio operatur, vt actus antea gestus nullum producat effectum. *dec.* 204. *nu.* 15. *& dec.* 206. *nu.* 1. *par.* 4. *diuers. & dec.* 624. *nu.* 12. *par.* 1. *recen. & dec.* 255. *nu.* 2. *par.* 2. *Duran. dec.* 458. *nu.* 4. *&* 6. *cum pluribus adduct. per Vrsell. concl. leg.* 85. *num.* 243.

Confirmationis enim tempus, non autem contractus, attenditur, quia tunc conditio adimpletur. *Verall. dec.* 205. *nu.* 3. *par.* 1.

6 Amplia etiamsi beneplacitum de consensu Ecclesiæ fuerit ab initio expressè reseruatum, quia licet Ecclesiæ, quasi re adhuc integra ex speciali iuris priuilegio adhuc pœnitere. *Duran. dec.* 397. *nu.* 12.

7 Prædicta intellige respectu Ecclesiæ, non autem respectu personæ cum Ecclesia contrahentis, cui non licet pœnitere, cum Ecclesiæ tantum fauore contractus claudicet *Manti. dec.* 201. *per tot. cum infra not. in cap.* 23. *& per Add. ad Gregor. dec.* 410. *nu.* 8.

8 Impetrato autem beneplacito non est amplius pœnitentiæ locus. *Coccin. dec.* 374. *nu.* 5. *Nequidem ad fauorem Ecclesiæ. Add. ad Gregor. d. dec.* 410. *n.* 8. *cum allegatis per Vrsell. d. concl.* 85. *nu.* 243. *vers. Secus autem.*

9 Quod procedit etiam si per emptorem, seu conductorem impetratæ fuerint literæ confirmatoriæ in forma si in euidentem: quia nequidem ante executionem d. d. literarum seu purificationem conditionis, sub quo sunt concessæ, Ecclesia potest pœnitere: ex quo illud quod cedat, vel non cedat in vtilitatem Ecclesiæ, est certum in rerum natura, & illius liquidatio non suspendit literarum effectum. *dec.* 204. *nu.* 11. *& dec.* 205. *nu.* 1. *& dec.* 206. *per tot. & dec.* 731. *nu.* 5. *vers. alia procedunt. par.* 4. *diuers. Buratt. dec.* 15. *nu.* 6. *Add. ad Gregor. dec.* 410. *nu.* 8. *in fi.*

10 vbi ampliatur etiam contra successorem, qui alienationi non consensit; quod habetur etiam apud *Coccin. d. dec.* 374. *nu.* 5. *vers.* Nec releuat, & in alijs pluribus allegatis *per Vrsell. d. concl.* 85. *nu.* 247. *& nu.* 251. *& seq. & n.* 254.

Et ratio est, quia post obtentum beneplacitum non requiritur nouus consensus partium, sed sufficit quod consensus duraret tempore impetratæ gratiæ confirmationis cum clausula, si in euidentem; quoniam ea conditio, vt dictum est, non suspendebat effectum; & vbi nouus consensus non requiritur, non est locus pœnitentiæ. *d. dec.* 205. *nu.* 1. *par.* 4. *diuers. & dec.* 82. *nu.* 10. *par.* 6. *recen. cum adduct. per Vrsell. loco citato.*

Et licet post confirmationem obtentam aliquando requiratur nouus consensus, vt in casu considerato *per Abb. in cap. super eo num.* 8. *de condit. Appos.*

Secus est in casu alienationis rerum Ecclesiæ, quæ absq; beneplacito Apostolico habet implicitum statum validitatis saltem Ecclesia non reclamante, vt responsum fuit *coram Coccin. d. d. 374. nu. 6. & 7. & Duran. dec. 397. à n. 25. per tot. cum infra not. in d. cap. 23.*

11 Limita tamen prædicta, si confirmatio contractus à sola probatione vtilitatis non penderet, sed etiam à consensu Prælati in literis reseruato: quia dissentiente Prælato, licet probaretur vtilitas, posset à contractu recedi. *d. dec. 204. nu. 12. par. 4. diuers. Vrsill. d. concl. 85. nu. 255.*

12 Item limita, si confirmatio sit obtenta sub conditione si in euidentem, & doceatur de damno, quia tunc Ecclesia poterit reclamare etiam post beneplacitum obtentum: & similiter si forma *Extrauag.* Ambitiosæ seruata non esset, quia tunc non ex capite pœnitentiæ tantum, sed ob defectum auctoritatis Apostolicæ rescinderetur contractus. *dec. 204. nu. 14. & dec. 731. n. 5. par. 4. diuers.*

Et quod, si alienatio facta saluo assensu Apostolico, eo impetrato sit nulliter confirmata, non potest Ecclesia de nouo cogi ad contrahendum, nec peti vt de nouo alienatio confirmetur, dictum fuit in *d. dec. 204. num. 15. par. 4. diuers.*

Si verò euidens damnum non probetur, decet Ecclesiam, quæ est cultrix
13 iustitiæ, & æquitatis, stare contractibus per eam gestis, vt alliciat, non autem deterreat alios ad contrahendum cum ipsa. *d. dec. 731. num. 6. part. 4. diuers.*

Quartus est effectus huiusmodi reseruationis, vt tradens possessionem
14 non impetrato beneplacito non incidat in pænam *Extrauag.* Ambitiosæ, prout incideret, si beneplacitum simpliciter reseruasset. *dec. 275. num. 19. 20. par. 10. recen.*

---

Solemnitatum interuentus an, & quomodo probari debeat, seu probatus dicatur: Item ex quibus probetur solemnitatum defectus, vel secus.

## CAP. XIII.

*Ad materiam Rebuff. de alien. rerum Eccles. nu. 38. Redoan. de rebus Eccles. non alien. q. 25. nu. 32. & seqq. & q. 38. nu. 1. 2. 3. & q. 39. per tot. Mascard. de probat. concl. 1316. à nu. 30. ad nu. 37. Gratia. discept. forens. cap. 867. n. 52. 53. Ricc. in prax. rer. for. Eccles. dec. 30. & dec. 31. Boss. de alien. bonor. Eccles. n. 199. & seq.*

## SVMMARIVM.

1 *Assertione contrahentium non statur in materia alienationis rerũ Ecclesiæ.*
2 *Beneplacitum Apostolicum fuisse adhibitum non ex partium assertione, sed aliunde probari debet.*
3 *Tractatus, & receptio probationum ad formam Paulinæ non probatur ex assertione Prælati alienantis.*
4 *Executoris assertioni circa gratiæ iustificationem non statur.*
5 *De forma obseruantia per acta iudiciaria constare debet; & vnde probetur inobseruantia.*
6 *Solemnitatum defectus ex quibus probetur.*
7 *Solemnitas ex cursu temporis cum obseruantia præsumitur.*
8 *Beneplaciti Apostolici expeditio ex cursu temporis multo magis præsumitur, si Clericus Registri supplicationum attestetur de expeditione gratiæ in Rubricellis supplicationum inuenta, licet Registri liber non inueniatur.*
9 *Sumptum ex registro supplicationum facit fidem.*
10 *Beneplacitum Apostolicum non expeditum allegans quando plenè, & concluden-*

*cludenter probare teneatur.*

11 *Beneplacitum non fuisse expeditum probatur ex diligentijs factis in Registris, in quibus huiusmodi gratia solent registrari, vbi non concurrit contraria iuris præsumptio pro expeditione.*

12 *Negatiuæ probationis necessitatem excludit possibilitas in contrarium.*

13 *Beneplaciti Apostolici defectus non probatur ex inspectione instrumenti alienationis.*

14 *Beneplacitum Apostolicum obtentum probatur ex rescripto Papæ in Signatura Gratiæ obtento, quo facultas alienandi simpliciter, & absolutè conceditur.*

15 *In rescriptis Papæ merè gratiosis non attenditur Signatura Regentis, sed tantùm in rescriptis Signaturæ Iustitiæ.*

1 

Ssertioni contrahentium non statur in prohibitis, & in spetie in materia alienationis rerum Ecclesiæ. *dec.* 160. *num.* 4. *par.* 2. *diuers. Seraph. dec.* 1451. *num.* 4.

2 Hinc solemnitates fuisse adhibitas, aliunde probari debet, quam ex partium assertione, vt in terminis beneplaciti Apostolici respondit *Rot. dec.* 711. *nu.* 10. *par.* 4. *to.* 3. *recen. & dec.* 155. *in fi. par.* 8. vbi quod ad probandum beneplacitum, & iuditialem confirmationem executoris gratiæ, *si in euidentem* non sufficit confessio Rectoris dicentis, se audiuisse, & vidisse beneplacitum, quia non conuincit existentiam cum scientia confirmationis de iure requisitæ.

3 Sic tractatum, & receptionem probationum ad formam Paulinæ non probari ex assessione Prælati alienantis, etiam si alias Prælatus extraiudicialiter posset se informare, quia de tali informatione extraiudicialiter sumpta debet in actis constare, dictum fuit *in dec.* 716. *per tot. par.* 1. *diuers.*

4 Hic executoris assertioni quæ ex actis non comprobetur, circa gratiæ iustificationem non stari dictum fuit apud *Crescen. de fid. instrum. dec.* 5. *n.* 2. *Pute. dec.* 140. *num.* 4. *lib.* 2. *in non. impress. Gregor. XV. dec.* 413. *nu.* 1.

5 Et quod de obseruantia formæ præscriptæ per acta iudiciaria constare debet, & vbi ex actis de tali obseruantia non constet, eo ipso probata dicitur inobseruantia, habetur apud *Duran. dec.* 238. *n.* 8. 9. *& dec.* 250. *n.* 11. 12.

6 Et quod defectus solemnitatum satis ostenditur, cum eas fuisse adhibitas non probatur, nec datur cursus temporis sufficiens ad inducendam præsumptionem quod fuerint adhibitæ. *dec.* 596. *nu.* 2. *par.* 4. *diuers.*

7 At ex cursu temporis cum obseruantia subsecuta solemnitates adhibitæ præsumuntur, vt infra ostenditur. *cap. seq.*

8 Quod in terminis beneplaciti Apostolici multò magis procedere dictum fuit, si cum lapsu temporis concurrant coniecturæ, veluti si Clericus registri supplicationum attestetur, quod in Rubricellis supplicationum expeditionem vnius, *si in euidentem* inuenit de eo tempore: licet registri liber non inueniatur. *Seraph. dec.* 792. *nu.* 2. *& in Bononien. afflictus domorum* 6. *Ianuar.* 1597. *coram Manti. relata per Ricc. in prax. for. Eccles. dec.* 31.

9 Nam sumptum ex registro supplicationum, & Bullarum facit fidem iuxta *Crescen. dec.* 2. *de fid. instrum. vbi quod dec.* 28. *de probat. in antiqu.* contrarium statuens hodie non est in vsu, immo contrarium seruatur.

10 Quod si tantum tempus sit lapsum, vt beneplacitum præsumi possit, & nihilominus pars neget, fuisse expeditum tunc grauiori, & magis rigorosa probatione oneratur: quia cum præsumptio ex cursu temporis resultans sit iuris præsumptio, quæ plenam, & liquidissimam probationem operatur, allegans beneplacitum non fuisse obtentum tenetur æquè plenè, & concludenter probare

 bare

bare negatiuam, nec sufficiunt probationes quæ aliàs admitti solent, vbi non militat contraria iuris præsumptio. *dec. 175. nu. 45. par. 9. to. 1. recen.*

11 Et propterea, licet beneplacitum non fuisse expeditum regulariter probetur ex diligentijs factis in Regiſtris in quibus huiusmodi gratiæ solent registrari, vt apud *Verall. dec. 45. nu. 2. & seqq. par. 3. & in Romana Quarti Dotalis 17. Iunij 1641. coram R. P. D. Pirouano*, attamen id est intelligendum, vbi talis probatio contraria iuris præsumptionem non eliditur, vt declarat *Rot. in d. decis. 175. par. 9. to. 1. recen.* vbi etiam quod probationem negatiuæ resultantem ex aliquorum librorum re-

12 uolutione excludit possibilitas quod in alijs libris potuerit registrari *vt in dec. 323. nu. 4. par. 2. recen. repetita in par. 4. recen. dec. 88. & par. 6. dec. 216. nu. 13. & par. 7. dec. 29. n. 70. 72.*

Sed licet defectus solemnitatum probatus dicatur, quotiescumque non docetur de illarum adhibitione vt superius est dictum; attamen beneplaciti Apostolici defectus probatus non di-

13 citur ex inspectione instrumenti alienationis, cum potuerit precedere vel subsequi. *Pen. dec. 854. cum ibi allegatis*, vbi quod hec fuit constans opinio Rote.

14 Quod si Papa in Signatura Gratiæ concesserit facultatem alienandi, ex tali rescripto simplici, & absoluto dicitur sufficienter constare de beneplacito Apostolico. *Rot. recen. par. 10. dec. 46. nu. 22. & seqq.* vbi, stante Pontificis rescripto Cardinali Procamerario directo, cuius vigore ei concedebatur specialis facultas renouandi concessionem, dictum fuit non posse in dubium reuocari, quin beneplacitum esset obtentum, quia cum tale rescriptum in Signatura Gratiæ fuerit obtentum, & esset simplex, & absolutum, & respiceret merè gratiosa, absque vlla restrictione contentorum in commissione erat intelligendum, ita vt corresponderet omnibus in commissione petitis; non enim in rescriptis Pape merè gratiosis

15 attenditur Signatura Regentis, sed tantum in rescriptis Signaturæ iustitie *ad dec. 339. num. 7. par. 4. to. 2. recen. & dec. 330. nu. 15. 16. par. 5.*

---

## Solemnitas in alienatione rerum Ecclesiæ necessaria quando adhibita præsumatur.

## CAP. XIV.

*Ad materiam Bal. cons. 511. nu. 1. 2. lib. 5. Gabr. cons. 36. nu. 49. & seqq. vol. 1. Surd. cons. 28. à nu. 98. per tot. & cons. 181. nu. 1. & dec. 231. nu. 19. 27. 28. Redoan. de rebus Eccles. non alien. q. 39. à nu. 20. per tot. & q. 48. per tot. Gonzalez. ad reg. 8. Gl. 12. num. 76. 77. Menoch. præs. 132. lib. 3. per tot. præcipuè vero nu. 49. 50. 51. & nu. 70. 71. Gratia. discept. for. cap. 268. & cap. 867. nu. 50. & cap. 893. nu. 17. & seq. Boss. de alien. bonor. Eccles. nu. 82. & nu. 185. & seq. & num. 202. & seqq. Garz. de benef. par. 12. cap. 2. à nu. 178. Vrsill. ad Afflict. dec. 305. nu. 13. Ricc. in collectan. dec. collectan. 511. & in prax. rer. for. Eccles. dec. 34. & dec. 35. Mascard. de probat. concl. 75. nu. 14. & concl. 1316. nu. 1. & per tot. Grammat. dec. 79. nu. 2. Gamma dec. 49. nu. 3. 4. & dec. 83. nu. 2.*

### SVMMARIVM.

1 *Ex obseruantia alienationis per longum tempus omnia ritè, & rectè facta præsumuntur.*

2 *Solemnitates vt præsumantur requiritur*

*tur lapsus 30. annorum: & ex eo præsumitur etiam beneplacitum Apostolicum. nu. 3.*

4 *Beneplacitum Apostolicum non præsumitur, nisi sint elapsi 30. anni, & quidem completi vsque ad vltimam horam. Dec. Mant. 340. declaratur. n. 5.*

6 *Ad solemnitatem præsumendum tempus 30. annorum non incipit currere, nisi post mortem Prælati alienantis: & à die litis motæ. nu. 7.*

8 *Beneplacitum Apostolicum non præsumitur ex lapsu 30. annorum, nisi concurrente obseruantia.*

*Et obseruantia ad hunc effectum debet esse continuata. nu. 9. Item vera, & non præsumpta. nu. 10.*

11 *Temporis diuturnitas sine obseruantia inseruit pro adminiculo ad præscribendum.*

12 *Ex obseruantia 30. annorum beneplacitum præsumitur non obstante decreto irritanti, & pœna excommunicationis in Extrauagan. Ambitiosæ appositis.*

*Amplia etiamsi beneplacitum non sit enunciatum, nec reseruatum. nu. 13.*

*Amplia etiamsi de alterius praiudicio principaliter tractetur. nu. 14.*

*Amplia etiamsi non adsit scientia, & patientia Papæ. nu. 15.*

*Amplia etiam in materia, in qua certa scientia Papæ, requiritur veluti in vnione sine causa facta. nu. 16.*

*Amplia etiamsi res alienata ad plures possessores peruenerit. 17.*

18 *Ex obseruantia 30. annorum non solum beneplacitum, & alias solemnitates, sed etiam vtilitatem interuenisse præsumitur; & ratio est, quia vna præsumptio venit in consequentiam alterius. nu. 19.*

20 *Obseruantiam 30. annorum qui habet pro se, releuatur ab onere probandi vtilitatem: & Ecclesia contrarium asserens tenetur probare damnum.*

21 *Solemnitas præsumitur ex lapsu 30. annorum, vbi non adest contraria præsumptio.*

22 *Solemnitas præsumitur ex cursu 30. annorum, nisi ex tenore instrumenti appareat, non fuisse seruatam formam rescripti, vel alias solemnitates non fuisse adhibitas, aut male adhibitas.*

23 *Solemnitas quando præsumatur vel non præsumatur ex cursu temporis, si de ea in instrumento non appareat.*

24 *Solemnitas non præsumitur ex lapsu 30. annorum deficiente probatione tituli, cui solemnitas adhærere debet.*

25 *Solemnitas an præsumatur ex cursu temporis, si beneplacitum fuit reseruatum sub conditione.*

26 *Solemnitas non præsumitur producto titulo expresso qui sit insufficiens, & vitiosus.*

*Declara vt nu. 27. 28.*

29 *Solemnitas non præsumitur ex cursu temporis stante interpellatione, seu mota lite.*

*Declara, vt nu. 30. 31. 32.*

33 *Beneplaciti Apostolici præsumptio ex cursu temporis resultans cessat, vbi constat de vtilitatis defectu: item vbi constat de antiquarum inuestiturarum alteratione. nu. 34.*

35 *Beneplacitum non præsumitur ex cursu temporis ad effectum probandi ex vna locatione solemni quod res sit solita locari.*

36 *Beneplacitum Apostolicum ex cursu temporis non præsumitur, si materia à iure sit improbata, & imperscriptibilis.*

*Declara, vt nu. 37.*

38 *Beneplacitum Apostolicum ex cursu temporis hodie non præsumitur stante Vrbana Constitutione.*

39 *Constitutio Sa. me. Vrbani VIII. quæ tollit præsumptionem beneplaciti ex cursu temporis, preseruat centenariam, & immemorabilem.*

*Nec habet locũ in Regno Poloniæ. n. 40.*



Solemnitatum defectum ostendi diximus, cum earum interuentus non probatur, nec adest cursus temporis sufficiens ad eas præsumendas; at si alienatio longo tempore

pore fuit obseruata, omnia ritè, & rectè
2 facta præsumuntur. *Puteo. dec.* 345. *nu.* 1. *lib.* 1. *in nou. impress. Seraph. dec.* 642. *nu.* 3. *& dec.* 1042. *nu.* 2. *& dec.* 1073. *& dec.* 1125. *nu.* 3. *& dec.* 1080. *nu.* 7. *& dec.* 792. *nu.* 1. 2. vbi quod præsumuntur scriptura tractatus, & omnes solemnitates etiã extrinsecæ, & etiam beneplacitum Apostolicum, & quod est communis opinio. *Buratt. dec.* 45. *nu.* 6. *& recen. par.* 1. *dec.* 122. *nu.* 5. 6. *& par.* 6. *dec.* 14. *nu.* 42.

3 Tempus autem sufficiens ad inducendam huiusmodi præsumptionem censetur lapsus 30. annorum. *Seraph. dec.* 671. *nu.* 1. *& d. dec.* 792. *nu. eod. & dec.* 1174. *nu.* 3. *& dec.* 1228. *nu.* 1. *Manti. dec.* 373. *nu.* 7. *& diuers. par.* 2. *dec.* 179. *nu.* 1. *& par.* 4. *dec.* 221. *n.* 3. *& recen. par.* 2. *dec.* 430. *nu.* 3.

3 Et quod huiusmodi tempus sufficit etiam ad beneplacitum Apostolicum præsumendum, habetur *in dec.* 159. *n.* 3. *par.* 1. *recen. & dec.* 202. *n.* 5. *par.* 7.

Maximè vbi partes in instrumento expressè beneplacitum reseruarunt, vt fuit dictum in Neapolitana fundaci. 1. Iunij 1579. de qua *Rube. in suis singular. de alien. rer. Eccles. obseru.* 2. §. 6. *nu.* 3. *& in dec.* 694. *nu.* 5. *par.* 1. *recen. & par.* 4. *dec.* 31. *nu.* 2. *& par.* 8. *dec.* 175. *nu.* 14.

4 Quod si 30. anni non sint elapsi, beneplacitum Apostolicum non præsumitur. *dec.* 300. *nu.* 4. *par.* 4. *diuers. & dec.* 711. *nu.* 13. 14. *par.* 4. *to.* 3. *recen. & dec.* 94. *nu.* 17. *par.* 7. *Seraph. d. dec.* 671. *nu.* 1. *vbi quod ita Rota seruat. Gregor. XV. dec.* 52. *nu.* 2. *& dec.* 354. *nu.* 15. *Pen. dec.* 696. *nu.* 6.

Nam tempus 30. annorum debet esse completum, & quidem vsque ad vltimam horam. *dec.* 114. *nu.* 11. *par.* 9. *to.* 1. *recen. cum not. per Add. ad dec.* 12. *nu.* 8. *& seqq. par.* 3. *recen.*

Ideò 29. annos ad hunc effectum non sufficere, dixit *Rota in decisionibus allegatis per Add. ad Gregor. XV. d. dec.* 354. *nu.* 18. *& in Romana deuolutionis domus.* 4. *Decembr.* 1651. §. *fi. coram bo. me. R. P. D. Bicchio.*

5 Nec prædictis contrariari videtur *dec. Manti.* 340. *nu.* 6. vbi quod ex spatio longi temporis solemnitas etiam extrinseca præsumitur, & longum tempus in hoc proposito intelligitur decennium. Quia præterquam quod *d. dec.* non loquitur in terminis alienationis rerum Ecclesiæ, videtur intelligenda iuxta doctrinam *Felin. qua ibi allegatur, in cap. sicut. nu.* 30. *&* 31. *de sententia, & re iudic.* vbi quod ex decennio præsumitur solemnitas, quando ex diuturnitate temporis agitur principaliter ad aquirendum: secus quando tractatur de præsumenda solemnitate principaliter ad exclusionem alterius, quia tunc requiruntur 30. anni; Et in terminis præsumendæ solemnitatis ad effectum aquirendi loquitur etiam *Gl. in d. dec. alleg. in l. si filiusfamilias* 10. *C. de petit. hæred.*

6 Præterea tempus 30. annorum videtur initium sumere solùm post mortem Rectoris qui alienauit ex allegatis *in dec.* 27. *n.* 19. *par.* 9. *to.* 1. *recen. & in Rauennaten. Domus* 14. *Iuny* 1649. §. *Nec huiusmodi corã Reuerendiss. Tarraconen.*

Sed no. quod ibi Rota se fundat *in Gl. in can. post quingentos:* 16. *q.* 3. quæ loquitur in terminis præscriptionis, non autem præsumptionis. Et ideo distinguendo casus alibi dixit, quod vbi agitur de præscriptione, tempora eorum qui alienarunt, subducuntur: quia Ecclesia censetur vacare toto tempore vitæ eius Prælati qui malè alienauit, & suam Ecclesiam dereliquit *dec.* 94. *nu.* 14. 15. *par.* 7. *recen. Coccin. dec.* 445. *nu.* 8. At vbi agitur de inducenda præsumptione, tempus 30. annorum statim incipit currere, nec expectatur mors Prælati alienantis. *Seraph. dec.* 1027. *nu.* 13. *& dec.* 1085. *num.* 5. *& in Romana domus, seu Palatij.* 18. *Iunij.* 1657. *coram R. P. D. Albergato cum adduct. per Rube. in suis singular. de alien. rer. Eccl. obseru.* 2. §. 1. de qua tamen distinctione vide infra not. c. 20.

7 Rursum tempus 30. annorum debet esse

esse completum ante litem motam, vt ex *Seraph. dec.* 671. *nu.* 8. *in fi. & dec.* 1228. *nu.* 1. *cum infra not. d. cap.* 20. *nu.* 14.

8 Nunc principalem conclusionem de præsumptione beneplaciti Apostolici, & solemnitatum ex lapsu 30. annorum declara, vt non procedat nisi concurrente obseruantia. *dec.* 694. *nu.* 5. *par.* 1. *recen. & dec.* 202. *nu.* 7. *par.* 7. *& dec.* 6. *nu.* 4. *& dec.* 209. *n.* 5. *& dec.* 137. *nu.* 10. *par.* 10. *Gregor. XV. dec.* 52. *ante nu.* 2. *Coccin. dec.* 301. *nu.* 3. *& dec.* 362. *nu.* 6. *Emin. Ottbob. dec.* 220. *num.* 22. *cum adduct. per Add. ad Buratt. dec.* 45. *nu.* 8. *& per Garz. de benef. par.* 12. *cap.* 2. *nu.* 179.

9 Quæ quidem obseruantia debet esse successiua, & continuata. *dec.* 329. *nu.* 26. *par.* 9. *to.* 2. *recen. Emin. Ottbob. d. dec.* 220. *nu.* 23. *cum adduct. per Vrsell. concl. leg.* 85. *nu.* 163.

10 Item vera, & non præsumpta, ne ex eodem cursu temporis dentur duæ præsumptiones, solemnitatis scilicet, & obseruantiæ. *Seraph. dec.* 1042. *nu.* 4. *Coccin. d. dec.* 301. *nu.* 4. *& recen. par.* 10. *dec.* 44. *nu.* 24. *cum not. per Add. ad Gregor. XV. dec.* 354. *num.* 18. *Add. ad Buratt. dec.* 45. *nu.* 9. *& Vrsell. loco cit.*

11 Temporis tamen diuturnitas sine obseruantia, etiamsi non faciat præsumi solemnitates, inseruit pro adminiculo ad præscribendum. *Coccin. decis.* 453. *nu.* 5. *Add. ad Buratt. d. dec.* 45. *num.* 10.

12 Sed concurrente obseruantia cum cursu 30. annorum præsumitur beneplacitum interuenisse. *dec.* 179. *nu.* 1. *par.* 2. *diuers. dec.* 21. *n.* 9. *& dec.* 241. *nu.* 11. *par.* 4. *to.* 2. *recen: & dec.* 711. *nu.* 11. *par.* 4. *to.* 3. *& dec.* 191. *nu.* 9. *& dec.* 277. *nu.* 5. *par.* 5. *& dec.* 32. *nu.* 3. *par.* 6. *& dec.* 121. *nu.* 10. *par.* 7. *rec. & dec.* 175. *nu.* 42. *& dec.* 217. *nu.* 8. *par.* 9. *to.* 1. *& dec.* 329. *nu.* 26. *par.* 9. *to.* 2. *& dec.* 44. *nu.* 6. *par.* 10. *recen.*

Non obstante decreto irritanti, & pœna excommunicationis in *Extrauagan.* Ambitiosæ, appositis. *d. dec.* 175. *nu.* 42. *par.* 9. *to.* 1. *recen.* vbi à simili infertur, in dote constituta vltra summam per Constitutionem sa. me. Sixti V. permissam, ex obseruantia 30. annorum præsumi, beneplacitum Apostolicum interuenisse non obstante decreto irritanti in eadem Constitutione apposito.

13 Amplia etiamsi beneplacitum non sit enunciatum nec reseruatum. *Pute. dec.* 345. *nu.* 2. *lib.* 1. *& dec.* 355. *nu.* 7. *lib.* 2. *in nou. impress. Seraph. decis.* 1042. *nu.* 3. vbi quod est communis opinio, quam perpetuo obseruauit Rota, *& par.* 1. *recen. dec.* 159. *num.* 3. *& par.* 2. *dec.* 506. *nu.* 3. *& par.* 6. *dec.* 25. *nu.* 11. *& par.* 8. *dec.* 256. *nu.* 2. *cum alleg. per Rube. d. tit. de alien. rer. Eccles. obseru.* 5. §. 3. *n.* 4. 5. *Add. ad Gregor. XV. dec.* 343. *nu.* 4. *& seqq. Gonzalez ad reg.* 8. *Dancell. Gl.* 12. *num.* 76. 77. *& Garz. de benef. d. par.* 12. *cap.* 2. *n.* 185. Vide tamen *dec.* 208. *par.* 4. *diuers.*

14 Amplia etiamsi de præiudicio alterius principaliter tractetur. *Cassador. de procur. dec.* 3. *nu.* 1. quem refert, & sequitur *Mant. d. dec.* 373. *nu.* 7.

15 Amplia, & si non adsit scientia, & patientia Papæ, quam ad hunc effectum requiri sensit *Felin. in d. cap. sicut. nu.* 33. *vers. Bene fateor. de sentent. & re iudic.* Nam licet Felini opinionem alias Rota secuta fuerit in quadam causa de Gozzis coram Blanchetto, vt refert *Rub. d. obseru.* 2. §. 7. *nu.* 3. attamen eam procedere in præsumptione oriente ex lapsu decem, non autem triginta annorum, alias esse contra communem, *respondit Rot. apud Mohedan. dec.* 2. *in fi. de transact. & apud Seraph. d. dec.* 792. *nu.* 1. *in fi. & in Placentina decimarum anno* 1586. *coram Bubalo, de qua Rube. d. obseru.* 2. §. 6. *nu.* 6. & in alijs relatis *per Ricc. in prax. rer. for. Eccles. dec.* 35. vbi etiam quod nec in spatio minori 30. annorum requiritur scientia Papæ, quando non de ipsius Papæ, sed de alicuius inferioris præiudicio agitur: *& quod ita fuit resolutum in vna Messanen. praeminentiarum.* 28. *Iunij*

*Iunij.* 1582. *coram Blanchetto.*

16 Amplia etiam in materia in qua certa scientia Papæ requiritur, veluti in vnione sine causa facta *dec.* 506. *nu.* 4. *par.* 2. *recen.* vbi quod obseruantia 30. annorum operatur, vt præsumatur interueniſſe beneplacitum Apostolicum, & tale, quale sufficiat pro validitate actus, alias destrueretur conclusio, quod cursus 30. annorum cum obseruantia facit præsumi beneplacitum Apostolicum. Confert. *dec. in causa Conchen. fructuum.* 10. *Febr.* 1586. *coram Gipsio relata per Garz. d. cap.* 2. *nu.* 180. *in fi.* vbi quod consensus Rectoris spatio 30. annorum præsumitur talis, qualis requiritur, *& dec.* 406. *nu.* 3. *in fi. par.* 1. *recen.*

17 Amplia etiamsi res alienata ad plures possessores peruenerit, quia tempora coniunguntur. *dec.* 122. *nu.* 6. *par.* 1. *recen.* prout in simili fuit resolutum *in dec.* 534. *nu.* 1. 2. 3. 4. *par.* 1. *diuerſ. & d. dec.* 406. *nu.* 3. 4. *par.* 1. *recen.*

18 Amplia vt ex obseruantia 30. annorum non solum beneplacitum, & alias solemnitates, sed etiam vtilitatem interuenisse præsumatur, & alienatio dicatur includere in se beneplacitum cum qualitate validitatis, & vtilitatis. *dec.* 221. *nu.* 5. *par.* 4. *diu. & dec.* 684. *nu.* 1. *par.* 2. *recen. & dec.* 212. *nu.* 10. *& dec.* 254. *nu.* 26. *& dec.* 94. *n.* 9. *par.* 7. *rec. Seraph. dec.* 1307. *nu.* 7. *Gregor. XV. dec.* 343. *nu.* 1. *& ibi Add. num.* 4. *Manti. dec.* 101. *nu.* 2. *Buratt. dec.* 45. *nu.* 6. *& ibi Add. nu.* 7. *Add. ad dec.* 12. *nu.* 1. *& seqq. latè par.* 3. *recen.*

Nam eo ipso quod præsumitur solemnitas, præsumitur etiam vtilitas interueniſſe, quia vna præsumptio venit

19 in consequentiam alterius. *Manti. d. dec.* 101. *n.* 3. *& par.* 5. *recen. dec.* 277. *nu.* 6. *& seqq. & par.* 7. *decis.* 202. *nu.* 11. *cum infra not. cap.* 20. *n.* 6. *& seqq.*

20 Ita vt qui retinet rem Ecclesiæ, tali casu releuetur ab onere probandi vtilitatem, & Ecclesiæ contrarium dicenti incumbat onus probandi damnum, & nullitatem alienationis plenè, & concludenter, nec sufficiat præsumptiua probatio. *dec.* 684. *nu.* 2. *par.* 2. *recen. & d. dec.* 94. *nu.* 10. 11. *par.* 7. *& apud Seraph. dec.* 1073. *nu.* 10.

21 Secundo principalem conclusionem declara, vt ex lapsu 30. annorum solemnitas præsumatur, vbi non adest contraria præsumptio, in terminis beneplaciti Apostolici. *Seraph. dec.* 671. *nu.* 8. *& par.* 7. *recen. dec.* 94. *nu.* 16. *& par.* 8. *dec.* 73. *n.* 11. 12. 13. *& dec.* 103. *nu.* 13. *& par.* 9. *to.* 1. *dec.* 114. *n.* 16. vbi quod præsumptio validi beneplaciti Apostolici, siue vtilitatis, & validitatis resultans ex cursu temporis tollitur ex contraria præsumptione damni, & læsionis Ecclesiæ resultante ex alienatione facta in consanguineos, seu contra formam fundationis, seu de vniuerso patrimonio benefitij.

22 Tertio declara, vt ex cursu 30. annorum omnia solemniter gesta præsumantur, nisi ex tenore instrumenti appareat non fuiſſe seruatas solemnitates, vel male adhibitas *vt apud. Caualer. dec.* 613. *nu.* 2. 3. *& Coccin. dec.* 101. *n.* 7. vel non fuiſſe seruatam formam rescripti veluti excessum in facultate alienandi, *vt in dec.* 430. *nu.* 3. *par.* 2. *recen.*

23 Sed circa hanc declarationem videtur bona distinctio. *Addentis ad Buratt. dec.* 120. *nu.* 41. quam auctoritate Rotæ etiam comprobat; Vel enim solemnitas debet interuenire in ipso actu, & tunc si in instrumento contractus de ea non appareat, cursus temporis non sufficit ad illam præsumendam: aut potest interuenire ante vel post actum, & hoc casu præsumitur ex lapsu 30. annorum; negatiua enim tunc probatur ex inspectione instrumenti, quando affirmatiua de necessitate debet probari ex illo instrumento. *Rot. dec.* 5. *nu.* 4. *in fi. par.* 1. *diuerſ. & dec.* 84. *nu.* 7. *par.* 2. *& coram Andr. dec.* 32. *num.* 7. Vel quando ex ipso instrumento clarè constat, nullo modo fuiſſe adhibitas solemnitates. *Caualer. d. dec.* 613. *nu.* 2. *& diuerſ. par.* 1. *dec.* 4. *nu.* 4. *cum allegatis*

*gatis per Garz. de benef. par. 12. d. cap. 2. nu. 194. & seq. Add. ad Buratt. loco citato, & Vrsell. d. concl. leg.* 85. *nu.* 148. *in fi.*

24 Quarto declara, vt non procedat deficiente probatione tituli, cui solemnitas adhærere debet: non enim ex cursu temporis simul cum solemnitatibus etiam titulus præsumitur, primo ne detur concursus tot præsumptionum: secundo quia non potest præsumi qualitas solemnitatis, vbi non constat de substantia actus. *dec.* 57. *n.* 15. *& seqq. & dec.* 191. *nu.* 14. 15. *par.* 7. *recen. post Seraph. dec.* 1042. *num.* 4. quibus congruit *dec.* 208. *par.* 4. *diuers.* vbi quod ex cursu temporis non est præsumenda licentia alienandi, seu consensus Papæ, & etiam confirmatio Apostolica ne præsumptiones multiplicentur contra *l.* 1. *vbi Bal. C. de de dot. promiss.*

Neque obstat *dec. Manti.* 57. in qua firmatur, ex obseruantia, & cursu temporis præsumi concessionem in emphyteusim, quia in eadem decisione non dicitur, dictam concessionem præsumi etiam solemnem, & vtilem, sed immo reseruatum fuit videre de solemnitate, & vtilitate, vt in fine d. decisionis, & bene declaratur *in d. dec.* 57. *par.* 7. *recen.*

Similiter non obstat *dec.* 534. *n.* 2. 3. *par.* 1. *diuers.* quam secuta est *Rot dec.* 122. *nu.* 5. 6. *& dec.* 406. *num.* 3. *in fi. par.* 1. *recen. & coram Millino. dec.* 11. *nu.* 1. 2. vbi quod, ex possessione 30. annorum cum præsumatur titulus, multo magis præsumitur verificatio, & iustificatio ipsius tituli. Etenim in casu dictarum decisionum constabat de titulo, nempe de supplicatione, & gratia, agebatur autem de verificanda narratiua ipsius supplicationis, quo casu dictum fuit, ex obseruantia tanti temporis præsumi verificationem tituli, sicut præsumeretur ipse titulus, non autem quod præsumatur, & titulus, & verificatio tituli: Maximè enim differt præsumere substantiam tituli, & illius verificationem, vt præcisè respondet *Rot. d. dec.* 534. *nu.* 2. *par.* 1. *diuers.*

25 Quinto declara, vt non procedat, si beneplacitum fuit reseruatum sub conditione, *prout in vna Anconitana Terrarum* 28. *Ianuar. &* 18. *Aprilis* 1581. *corã Blanchetto.* resolutum refert *Garz. d. par.* 12. *cap.* 2. *nu.* 183. vbi quod beneplacitum Sedis Apostolicæ etiam spatio 40. annorum præsumi non poterat, quia cum fuerit positum in conditione, & non sit solemnitas Iuris communis requirebatur tempus antiquum.

Sed in vna *Romana Casalis Longhezze* 23. *Martij* 1594. *coram Seraph. quæ est inter illius impress. dec.* 1070. *sub n.* 2. cum facta esset difficultas circa præsumptionem licentiæ Capituli, ex quo reseruata fuerat sub conditione, aliqui ex Dominis responderunt, hoc non impedire præsumptionem, *vt not. etiam Garz. d. cap.* 2. *nu.* 184.

26 Sexto declara, vt non procedat producto titulo expresso qui sit insufficiens ac vitiosus: tunc enim cessat præsumptio alterius tituli sufficientis, & quælibet alia præsumptio ex cursu temporis, & obseruantia deducta. *Seraph. dec.* 671. *n.* 8. *& dec.* 1235. *n.* 4. *Merlin. dec.* 887. *nu.* 27. *Duran. dec.* 205. *num* 15. vbi quod producens titulum inualidum præsumitur meliorem non habuisse, *& diuers. par.* 2. *dec.* 84. *nu.* 7. *& par.* 4. *dec.* 208. *nu.* 2. *& recen. par.* 7. *dec.* 94. *nu.* 39. *quæ est inter impress. Merlin. dec.* 702. *& recen. par.* 10. *dec.* 336. *nu.* 30. *cum adduct. per Add. ad dec.* 12. *nu* 24. *par.* 3. *recen. & Rube. in suis singular. de alien. rer. eccles. obseru.* 4. §. *primo in fi. & obseru.* 2. §. 2. *& Garz. de benef. d. cap.* 2. *nu.* 188. *& seq.*

27 Subdeclara nisi talis titulus ad alium effectum productus fuerit: quia productio vnius tituli ad vnum finem, & effectum non tollit præsumptionem alterius tituli melioris allegatam ad alium finem, & effectum diuersum. *dec.* 191. *nu.* 10. 11. 12. *& dec.* 223. *nu.* 10. *par.* 5. *recen.* vbi, cum productus fuisset consensus Vicarij in alienatione iurispatronatus Ecclesiastici adhibitus, di-

ctum fuit, per hoc non elidi præsumptionem beneplaciti Apostolici ex obseruantia, & lapsu 30. annorum resultantem: quia talis consensus non fuit adhibitus ad effectum ostendendi, esse satisfactum *Extrauagan. Pauli II. de rebus ecclesi. non alien.*, sed productus fuit ex abundanti, & pro maiori cautela, & ad magis remouendum scrupulum iuris communis, quo attento in translatione patronatus, siue ecclesiastici, siue laicalis (nisi actum esset de donatione facta compatrono) videbatur adhibendus consensus ordinarij, *sequitur Rot. dec. 44. n. 8. par. x. recen.*

28 Subdeclara iterum, nisi confirmatio inualida producta esset ab eo qui alienationem impugnat: quia tunc non tollitur præsumptio alterius confirmationis validæ ex diuturnitate temporis oriens. *Crescen. dec. 21. n. 4. de probat. cum alleg. per Ricc. in prax. rer. for. ecclesi. dec. 34. nu. 5. in fi.*

29 VI. Declara, vt non procedat stante interpellatione, seu mota lite, quia præsumptio solemnitatum oriens ex cursu tẽporis fundatur in taciturnitate partis; in terminis beneplaciti Apostolici *dec. 57. nu. 14. & dec. 202. nu. 8. 9. par. 7. recen.* vbi quod obseruantia 30. annorum ad hunc effectum requisita deficere dicitur, si intra tempus 30. annorum fuerit reclamatum, & ad hoc sufficit quælibet contradictio, & reclamatio etiam extraiudicialis.

30 Subdeclara nisi post interpellationem effluxerint tot anni qui sufficiant ad præfatam præsumptionem inducendam. *Seraph. dec. 792. num. 5.* vbi de lapsu 30. annorum post litem motam, *& dec. 122. nu. 8. par. 1. recen.*

Vel nisi lis mota fuerit post præscriptionem iam completam. *Seraph. dec. 1027. nu. 14.*

31 Vel nisi lis terminata fuerit per transactionem vel per sententiam fauorabilem, quæ præscriptionem, & præsumptionem ortam ex diutina possessionem nõ interrumpit. *Seraph. d. dec. 1027. n. 14. & diuers. par. 1. decis. 534. n. 6.*

32 Subdeclara secundo, dummodo interpellatio, seu protestatio fuerit intimata vel deducta ad notitiam partis; quia protestatio clandestina nullum operatur effectum, ad fauorem protestantis, & non elidit præsumptionem quæ ex cursu temporis resultat. *Seraph. d. dec. 1027. nu. 10.*

33 VII. declara, vt præsumptio beneplaciti Apostolici, quæ ex cursu temporis elici solet, cesset vbi constat de defectu causæ, & vtilitatis ecclesiæ. *dec. 10. nu. 15. par. 9. to. 1. recen. & decis. 165. nu. 15. par. 10.*

34 VIII. declara, vt ex cursu temporis cum obseruantia non præsumatur beneplacitum Apostolicum, vbi constet de alteratione antiquarum inuestiturarum. *d. dec. 165. nu. 15. par. 10. rec. & apud Merlin. dec. 764. nu. 4. & dec. 775. nu. 10. & seqq.*

35 IX. declara vt ex cursu temporis beneplacitum non præsumatur ad effectum probandi ex vnica locatione solemni quod res sit solita alienari. *decis. 711. nu. 2. par. 4. tom. 2. rec. cum infra not. cap. seq.*

36 X. declara, vt beneplacitum non præsumatur, si materia à iure sit improbata, & imperscriptibilis, quia tunc lapsus 30. annorum cum obseruantia non suffragatur, sed requiritur immemorabilis cum fama priuilegij. *decis. 97. nu. 11. par. 10. recen.* vbi de iure decimandi in antiquis inuestituris laicis concesso, cuius laici sunt incapaces.

Et quod ex cursu temporis non præsumitur beneplacitum in alienatione decimarum in laicos facta ratione superius dicta, quia scilicet laici decimarum sunt incapaces, nec possunt eas præscribere, præsertim post Concilium Lateranense, *dixit Rot. apud Duran. dec. 205. num. 13. & seqq.* vbi quod si admitteretur talis præsumptio, redderetur elusoria iuris dispositio *in can. 1. q. 16. cap. causam quæ de præscript. & cap. prohibemus. de decim.* & apud eundem *Duran. dec. 223. num. 10. & seqq.* vbi quod nec præsumitur seruata forma lite-

literarum, si in euidentem.

37 Subdeclara si decimæ quoad commoditatem fructuum ad breue tempus, vel ad summum ad vitam concedantur; quia cum talis commodi etiam laici sint capaces, tunc ex lapsu temporis cum obseruantia induceretur confirmationis Apostolicę prę sumptio sufficiens ad validitatem actus. *dec. 97. num. 9. 10. par. 10. rec.*

38 Postremò dictam principalem conclusionem declara, vt procederet ante Constitutionem Sa. me. Vrbani Octaui editam die 5. Iunij. 1641., in qua omnia, & qualiacumque in præiudicium Ecclesiarum per quoscumque sufficienti, & legitima facultate Apostolica non munitos facta, gesta, cum omnibus, & singulis inde secutis, & quocumque tempore etiam longissimo executioni demandatis ac obseruatis declarantur nulla ipso iure, & inualida, adeo vt nulla inde approbatio vel præsumptio beneplaciti Apostolici, neque aliqua bona fides, possessio, vel quasi, aut præscriptio ex eis vnquam resultare possit; nam hodie stante dicta Constitutione beneplacitum ex cursu temporis non præsumitur, sed expressum requiritur, & in contractibus cum ecclesia celebratis de verbo ad verbum registratum, *vt in Barchinonen. exemptionis.* 13. *Iunij.* 1646. §. *tum quia, & in Tiburtina affictus.* 19. *Iunij.* 1648. *coram Eminentissimo Corrado, impressa par.* 10. *recen. in ordine decis.* 219. *vbi sub nu.* 5. quod hoc refugium beneplaciti præsumpti hodie cessat ob Constitutionem prædictam, *& in Leodien. dominiorum.* 25. *Iunij.* 1649. §. *vlt. coram eod. quæ est dec.* 336. *ead. par.* 10. *& in Romana deuolutionis domus.* 4. *Decembr.* 1651. *in fi. coram R. P. D. Bicchio, & in Rauennaten. domus.* 14. *Iunij.* 1649. §. *Nec huiusmodi in fi. &* 17. *Martij.* 1651. §. *præsumptio vero. in fi. coram Reuerendissimo Tarraconen.*

39 Sed no. quod dicta Vrbani Constitutio expresse præseruat centenariam, & immemorabilem præscriptionem, concurrentibus tamen de iure requisitis, & in casibus, in quibus per sacros canones seu Concilia võiuersalia, vel Constitutiones Apostolicas illis non derogatur, *vt not. Add. ad dec.* 32. *nu.* 33. *par.* 3. *recen.*, *& dictum fuit in Romana domus, seu Palatij,* 18. *Iunij.* 1657. *coram R. P. D. Albergato*, in qua resolutum fuit, non obstare Vrbanam Constitutionem, quia ante illius editionem completa erat centenaria.

40 Item no. quod in Regno Poloniæ locum non habet dicta Constitutio, & ideo ibi sufficit beneplacitum præsumptum ex cursu 30. annorum cum obseruantia subsecuta, *vt in Cracouien. iuris respondendi* 28. *Iunij.* 1651. *coram R. P. D. Bicchio*: & dictam Constitutionem non obstare capitulis, & locis dicti Regni stante immemorabili consuetudine; quod Episcopi alienent cum consensu sui Capituli absque beneplacito Apostolico, per Sacram Congregationem Eminentissimorum Cardinalium Sac. Concilij Tridentini interpretum, declaratum refert, *Rot. dec.* 200. *nu.* 15. *in fine, par.* 10. *recen. de qua infra cap.* 27. *in fi.*

## Solemnitas in alienatione rerum Ecclesiæ quando nõ requiratur.

## CAP. XV.

Quibus casibus in alienatione rerum Ecclesiæ solemnitas præsumatur, ostendimus: nunc quando alienatio teneat etiam sine solemnitate, videndum superest; nam plures casus, quibus solemnitas non requiritur, recenset Gl. in Auth. de non alien. aut permutan. rebus Eccles. §. Nos igitur, verbo, huiusmodi, & latius prosequitur Redoan. de rebus Eccles. non alien. q. 51. per tot. Rebuff. de alien. rer. Eccles. à nu. 24. Boss. de alien. bon. Eccles. §. 9., de quibus singulis, aut plerisque quæ fuerit sententia Rotæ, seorsim subijciam.

Solemnitas non requiritur in alienatione facta per Papam, neque auctoritate, aut de mandato Papæ, neque in contractu cum ipso Papa celebrato.

§. 1.

*Ad materiam Redoan. de rebus Eccles. non alien. q. 27. nu. 2. & q. 44. & q. 45. per tot. Garz. de benef. par. 12. cap. 2. nu. 180. & seq. Boss. de alien. bon. Eccles. nu. 187. 190. 193. & seq. Ricc. in prax. rerum fori Eccles. dec. 37.*

SVMMARIVM.

1 *Solemnitas non requiritur in alienatione facta per Papam, neque auctoritate Papæ, aut de illius mandato, seu cum scientia, & præsentia Papæ. nu. 7.*

2 *Papa in bonis Ecclesiarum liberam habet potestatem.*

3 *Papa non est simplex administrator rerum ecclesiarum, sed dominus absolutus.*

*Ideò potest vendere bona Ecclesiarum vt sua. nu. 4.*

*Et præueniendo aut concurrendo cum inferiori potest de bonis Ecclesiæ disponere, non obstante quod Prælatus inferior eadem bona alij concessisset. n. 5.*

6 *Auctoritas superioris præualet facto cuiuscumque inferioris, in quo semper censetur præseruata.*

8 *Solemnitas non requiritur, si cum Papa contractum fuerit.*

*Amplia vt nu. 9.*

10 *Solemnitas non requiritur, vbi adest Papæ auctoritas etiam præsumpta ex cursu temporis.*

*Declara vt nu. 11.*

12 *Alienatio facta per Papam valet non obstante prohibitione alienationis in fundatione cum decreto irritanti.*

13 *Solemnitas non requiritur, vbi Papa legitimè interposuit suam auctoritatem, aliàs secus.*



1 IN alienatione facta per Papam siue auctoritate Papæ, & de illius mandato alia solemnitas non requiritur ex supra *not. cap. 5. nu. 22. cap. 6. nu. 8. & cap. 9. nu. 11. & seqq.*

2 Etenim Papa in bonis Ecclesiarum liberam habet potestatem, & plenariam dispositionem, *vt in d. cap. 9. nu. 15. & apud Manti. dec. 76. n. 2. & dec. 322. nu. 10. & in dec. 11. nu. 7. par. 2. recen. & in dec. 39. nu. 32. & seqq. par. 8.* vbi quod Papa non est simplex ad-
3 ministrator rerum Ecclesiarum, vt sunt alij Prælati inferiores, sed est dominus absolutus, & ideo potest vendere bona Ecclesiarum vt sua, & vti dominus,
4 non autem vt simplex administrator, vel dispensator: immo præueniendo, aut concurrendo cum alijs inferioribus potest, non obstante concessione facta
5 per Prælatum de bonis suæ Ecclesiæ, de ijsdem bonis disponere, alteri illa concedendo, & alienando, etiam quod pro obseruatione contractus Prælatus dicta bona hypothecasset: cum in om-
6 ni contractu etiam iurato semper intelligatur præseruatum factum, & auctoritas superioris, quæ præualet facto cuiuscumque inferioris.
7 Consequenter vbi interuenerit Papæ auctoritas, seu presentia, & scientia, non est necessarius consensus aut citatio aliorum qui aliàs de iure citari, aut consentire deberent, cum Papa in locum illorum subintret. *dec. 207. nu. 7. 8. 9. par. 4. diuers.* & cesset inferioris, vbi adest superioris auctoritas, quæ semper excepta intelligitur vt est superius proxime dictum, *& apud Seraph. dec. 1027. nu. 1. 8. & dec. 1042. nu. 2. vers. Et hæc opinio: cum adduct. per Ricc. in prax. rer. for. Eccles. dec. 37. nu. 1. 2. & diuers. par. 1. dec. 106. n. 4.* vbi quod idem operatur presentia, ac Signatura Sanctissimi.
8 Amplia principalem conclusionem etiamsi

etiamsi cum ipso Papa contractum fuerit. *Seraph. d. dec.* 1027. *n.* 1. 2. 3. vbi quod in simili alienatio quæ ex dispositione statuti fieri non potest inconsulto Episcopo, aut sine consensu patris, alio consensu non indiget, si ipsi Episcopo alienetur, vel filius cum patre contraxerit.

9 Amplia etiamsi cum Papa, non vti Papa, sed vti Titio, & priuata persona contractum fuerit: nam hoc eo pertinet, vt non aquiratur Sedi Apostolicæ sed ipsi Titio vt priuatæ personæ, & illius hæredibus, & successoribus: verùm non inde sequitur, illius consensum vti Papæ ratione solemnitatis requisitum non interuenisse: nam respectu aquisitionis considerari potest duplex persona in Titio, respectu vero consensus minime, non enim potest vti Titius consentire, & dissentire vti Pontifex. *Seraph. d. dec.* 1027. *nu.* 4. 5.

Sed no. quod repropositâ eadem causa Domini circa prædictam conclusionem non fuerunt concordes, nonnullis defendentibus, consensum Papæ interpositum vti à priuata persona non posse interuenire pro consensu Papæ vti Papæ *per tex. in cap. cum inter vniuersas, cum ibi not. per Gl. & Doctor. de elect.* Alijs contrarium sentientibus per ea quæ tradit, *Tiraqu. de legibus connub. gl.* 7. *num.* 23. *cum seq.*; vnde ommisso hoc articulo ex alio capite fuit tentum pro validitate alienationis, nempe quia beneplacitum ex cursu temporis obtentum præsumeretur, *vt apud Seraph. d. dec.* 1042. *nu.* 1. *& Garz. de benef. d. par.* 12. *cap.* 2. *nu.* 181. *& seq.*

10 Tertio amplia, vt valeat alienatio sine solemnitatibus etiamsi sola Papæ auctoritas ex cursu temporis præsumpta concurrat, *vt apud Seraph. d. dec.* 1027. *nu.* 9. *& d. dec.* 1042. *nu.* 2.

11 Sed si cum ipso Papa vri priuato contractum fuerit, ad effectum præsumendi beneplacitum ex cursu temporis 30. annorum, deducendum est tempus ipsius Papæ cum quo contractus fuit celebratus, quatenus aliquis probetur illatus metus, & vis pro celebranda venditione. *Seraph. d. dec.* 1027. *num.* 11. 12. vbi tamen quod metus non præsumitur in summis Pontificibus & multo minus, si res Pontifici vendita successiuè alijs eodem pretio vendita fuerit, vt in casu d. decisionis.

12 Quarto amplia, licet in fundatione prohibita esset alienatio etiam in euidentem vtilitatem Ecclesiæ cum auctoritate Superioris: quia censetur excepta auctoritas Papæ: & licet decretum irritans comprehendat quamcumque auctoritatem etiam Apostolicam, hoc tamen intelligitur quando illa auctoritas Apostolica prouenit à Delegatis Apostolicis, sed non quando prouenit ab ipsomet Papa: quia tunc nisi dicat, etiam per nos, non comprehenditur ipse Papa. *d. dec.* 106. *num.* 2. 3. *par.* 1. *diuers.*

13 At prædicta omnia intellige, quatenus auctoritas Papæ legitimè fuerit interposita, secus si nulliter, & subreptitiè iuxta declarationem de qua supra *in cap.* 9. *nu.* 23. *& seqq. & dec.* 65. *nu.* 2. *par.* 2. *diuers.*

## Solemnitates in re alienari solita non requiruntur.

§. 2.

*Materia tex. in cap.* 2. *de feud. de qua Doctores in cap. de his qui feud. dare poss. Dec. cons.* 141. *nu.* 12. *& cons.* 142. *nu.* 1. *vers. & prædicta, & n.* 4. *vers. primo ergo. Guido Pap. dec.* 100. *& ibi Add. & dec.* 154. *Rebuff. de alienat. rerum Eccles. nu.* 33. *Clar. in §. emphyteusis. quæst.* 6. *Redoan. de rebus Eccles. non alien. quæst.* 31. *cap.* 6. *& quæst.* 61. *& quæst.* 62. *Menoch. de arbitr. cas.* 172. *n.* 2. *Vrsill. ad Afflict. dec.* 301. *nu.* 7. 8. 10.

10. *Ricc. in prax. rerum for. Eccles. dec. 83. & in collectan. dec. par. 3. collectan. 511. & par. 4. collectan. 996. Molina de contract. disput. 468. à num. 17. Boss. de alien. bonor. Eccles. nu. 296. & seqq. ad nu. 312.*

## SVMMARIVM.

14 *Solemnitas non requiritur in alienatione rei solita alienari. Et quare n. 16 Amplia, vt n. 15.*

17 *Causa etiam in re solita alienari requiritur.*

18 *Solemnitas etiam in re solita alienari requiritur, quando solitum alteratur.*

19 *Alteratio, & noua qualitatis adiectio inducit nouam concessionem, quæ nouam requirit solemnitatem.*

20 *Alterata prima Inuestitura respectu nominationis in defectum generationis, requiritur noua solemnitas.*

*Solemnitas noua requiritur alterato solito in alijs casibus, de quibus num.* 21. 22 23. 24. 25. 26. 27.

28 *Solitum alteratum dicitur circa substantialia quando in noua inuestitura noua persona fuerunt addita in antiquis inuestituris non apposita; & tali casu beneplacitum Apostolicum indubitatè requiritur.*

29 *Alteratò solitò circa accidentalia Concessio subsistit absque beneplacito Apostolico ex sententia Calder. cons. 11. Contraria opinio verior, & à Rota approbata, reiecta Calder. Sententia num. 30.*

31 *Solitum quando alteratum non dicatur.*

32 *Soliti alteratio an vitiet totam locationem, an ipsa vitietur.*

33 *Indiuidua quando dicatur Concessio, vel secùs ad effectum, vt in totum sustineatur, vel corruat propter soliti alterationem.*

34 *Alterari an possit solitum ex causa remunerationis.*

35 *Solemnitas noua requiritur etiam in re solita alienari cessante causa primæ Concessionis.*

*Item si res solita Concedi fuerit incorporata mensæ Prælati n. 36. Et quando incorporata dicatur nu. 37.*

*Item si Ecclesia sit enormitèr læsa n. 38.*

39 *Ecclesia quando enormitèr læsa dicatur ad effectum, vt non sustineatur Concessio sinè beneplacito Apostolico etiamsi res esset aliàs concedi solita.*

40 *Renouatio locationis licèt teneat absque solemnitatibus, quando bona Ecclesiæ sunt solita locari, tamèn secus est, si renouatio fit in Consanguineos.*

41 *Solitum quod res alienetur probari debet, nec statur assertioni Partium.*

42 *In solito se fundans debet illud acceptare cum omnibus suis qualitatibus.*

43 *Solitam rem esse alienari probatur per duas Concessiones minus solemnes cum cursu 40. annorum, aut per vnam solemnitèr factam.*

44 *Concessio vnica solemnis quando adducitur, requiritur quod verè, & realitèr beneplacitum Apostolicum in ea interuenerit, nec præsumptum suffragatur; & quarè nu. 45.*

46 *Locationes duæ quando adducuntur ad effectum probandi, quod res est solita locari, debent esse duæ separatæ, ac distinctæ per distincta, & separata instrumenta diuersis temporibus celebrata.*

47 *Assertioni partium non statur in prohibitis, & in specie in materia alienationis rerum Ecclesiæ.*

48 *Confirmatio prioris locationis cum eiusdem insertione non probat duplicem Concessionem, sed prò vnica reputatur, si de præcedenti locatione aliundè non Constet.*

49 *Renouatio Emphyteusis non est nouus titulus etiamsi in renouatione dicatur, & de nouo concedimus.*

50 *Locationes duæ eisdem personis factæ, aut de eadem re prò vnica reputantur.*

14 Solemnitas non requiritur in alienatione rei solitæ alienari puta locari, vel in Emphiteusim concedi *dec. 360. num. 11. 17. par. postim. quæ est inter impressas Cæsar. de Graff. dec. 4. de rebus Ecclesiæ non alien. & dec. 160. n. 2. & dec. 311. n. eodem par. 2. & decis. 722. num. 2. par. 4. dim. , & dec. 463. nu. 7. rec. par. 4. & dec. 241. nu. 1. & dec. 261. nu. 2. ead. par. 4. to. 2. & dec. 701. nu. 7. par. 4. to. 3. & dec. 282. n. 2. 18. par. 6. & dec. 243. nu. p. par. 7. & dec. 39. num. 42. par. 8. rec. Cæsar. de Graff. dec. 3. nu. 4. dict. tit. de reb. Ecclesiæ non alien. Mohedan. de locat. dec. 8. nu. 1. Seraph. dec. 1174. n. 5. & dec. 1490. n. 2. Penia dec. 843. n. 12. Merlin. dec. 750. nu. 1. & 13. & dec. 764. nu. 13. vers. Nec obstat.*

15 Amplia vt non solùm solemnitates de iure communi requisitæ non exigantur, sed neque beneplacitum Apostolicum *d. dec. 282. nu. 18. par. 6. rec. & dec. 155. nu. 4. par. 8.*

16 Et ratio est, quia consuetudo alienandi conuertitur in naturam, & non dicitur ampliùs alienatio, ex quo semèl exiuit de mensa, sed potiùs exequutio antiquæ alienationis; Quando enim res fuit semèl alienata cum debitis solemnitatibus, videtur ex tunc ordinatum quasi in vim illius primæ alienationis, vt de cætero possit alienari *Cæsar. de Graff. d. dec. 3. nu. 13. 14. & dec. 4. nu. 19. & seqq. de reb. Ecclesiæ non alien.*

17 Sed principalem conclusionem ità accipe, vt licèt non requiratur solemnitas, requiratur tamèn causa, cum satis sit solemnitatem remitti; Ideò ex eo quod res est locari solita, non infertur semper eodem canone, aut pretio rem esse locandam, sed Ecclesiæ vtilitas est inspicienda, & si finita Emphyteusi, aùt prima locatione inueniatur, qui plus offerat, res debet concedi plus offerenti *Cæsar. de Graff. d. dec. 4. per tot. de reb. Ecclesiæ non alien., quam sequitur Rota dec. 582. & dec. 807. in princ. par. p. dimi.* vbi quod tale solitum non excludit, quin tempore concessionis debeat cedere alienatio, non in quamuis vtilitatem Ecclesiæ, sed in euidentem *Merlin. qui plures decisiones Concordantes refert dec. 887. nu. 22. & dec. 756. nu. 15. quæ est decis. 243. par. 7. rec. Rota rec. par. 4. to. 2. dec. 261. num. 3. & par. 7. dec. 36. nu. 12. & par. 9. to. 1. dec. 10. num. 6.*

18 Limita primò, dictam principalem conclusionem quando solitum alteratur *dec. 241. nu. 12. & dec. 261. nu. 3. par. 4. to. 2. rec. & dec. 711. nu. 15. par. 4. to. 3. Duran. dec. 250. nu. 22.*

19 Nàm ex alteratione, & nouę qualitatis adiectione iudicatur noua, ac diuersa concessio, quæ ideò nouam requirit solemnitatē *dec. 180. n. 9. par. 2. diu. & dec. 36. nu. 11. & d. dec. 243. n. 14. vers. alteratio quippe par. 7. & dec. 39. nu. 50. par. 8. & dec. 165. nu. 10. par. 10. rec. Merl. dec. 764. nu. 4.*

20 Hinc alterata prima inuestitura respectu nominationis in defectum generationis requiri nouam solemnitatem, respondit *Rot. apud Seraph. dec. 1490. nu. 7. & Duran. d. dec. 250. nu. n. 23.* vbi quod solitum fuit alteratum, quia Domus solita concedi ad generationem concessa fuit ad nominationem.

21 Similitèr, si res erat solita locari ad tertiam generationem hoc pacto, vt in defectum generationis vnica fieret nominatio, & in noua concessione actum fuerit, vt in defectum generationis etiam secunda nominatio fieret *Rota rec. par. 4. to. 2. dec. 241. nu. 13. & seqq. & dec. 261. nu. 23. & decis. 284. nu. 10. & 11.*

22 Similitèr si prima inuestitura erat restricta ad masculos tantum, vel ad masculos, & fæminas descendentes per lineam masculinam, posterior verò facta fuit prò masculis, & fæminis descendentibus per lineam tàm masculinam quàm fæmininam cum clausula, ad habendum, vel pro descendentibus

ex

ex linea masculina, & in eorum defectum pro extraneo *d. dec. 36. n. 10. par. 7. rec. & d. dec. 165. num. 10. par. 10. recen.*

23 Similiter si in prima concessione adsit pactum, ne res transeat ad extraneos, & fiat noua concessio cum pacto, vt res etiam ad extraneos transeat. *Rot. in Imolen. bonor. 21. Maij. 1593. coram Card. Pamphilio, & in alia Mediolanen. bonorum coram Orano relatis per Vrsell. concl. Legal. 85. nu. 278. & seq. & Boss. de alien: bonor. Eccles. nu. 300.*

24 Similitèr si tempora petendi renouationem de 29. in 29. annos prorogata fuerint in noua concessione ad 60. in 60. *dec. 165. nu. 11. par. 10. rec.*

25 Similitèr si res erat solita locari 100. & locatio fuit redacta ad 50. *d. dec. 243. nu. 14. par. 7. rec.*

26 Similitèr si res manui mortuę in emphiteusim concedatur, cui numquam anteà concessa fuerit *Rota in Rom. denoluit domus 4. Decembris 1651. §. fi. R. P. D. Bichio.*

27 Similitèr si additæ fuerint plures generationes in vltima inuestitura, quæ in primis concessionibus non fuerunt appositæ *Merl. dec. 764. nu. 5. & rec. par. 8. d. dec. 39. n. 49. 51. & par. 10. d. dec. 165. nu. 12. 13.*

28 Et si in noua inuestitura fuerit addita noua persona, solitum alteratum dicitur circa substantialia, quo casu beneplacitum Apostolicum indubitatè requiritur, *vt in eisdem decisionibus num. cit.*

29 Vbi autèm alteratio contingit circa accidentalia, concessionem subsistere tenuit *Calderin. cons. 11. cum alijs relatis in d. dec. 39. nu. 51. par. 8. rec.* quæ tamèn articulum non decidit. Sed aliàs reprobata sententia Calderini, & aliorum cum eo tenentium, nullam esse concessionem, solitumque alteratum dici non solum quando mutantur substantialia, sed etiam quando præter solitum fit concessio, quià fieri non potest nisi secundum tenorem antiquæ inuestituræ resolutum fuit *in dec. 284. 30 num. 12. & seqq. par. 4. to. 2. rec.* vbi quod contra Calderinum tenuit *Rota etiam in causa Imolen. bonorum 21. Maij 1593. Cor. bo. me. Card. Pamphilio.*

31 Sed circa soliti alterationem adhùc nota, quod non diceretur alteratum solitum, neque inductus nouus contractus, si Iudex Comissarius confirmando antiquam locationem de consensu Conductoris canonem auxisset *Seraph. dec. 1307. nu. 9. & dec. 1338. n. 3. in fine.*

32 Itèm num soliti alteratio vitiet totam locationem, an ipsa vitietur, sed non vitiet, Broccardicam esse opinionem *dixit Rota d. dec. 284. nu. 18. & seq. & dec. 261. n. 27. par. 4. to. 2. rec.* vbi quod videndum est, an materia sit diuidua, nec ne, & quatenùs locatio ex voluntate contrahentium videatur indiuidua, dicendum est totam locationem corruere.

33 Materia autem ad hunc effectum dicitur indiuidua, quando concessio fuit facta sub vnica canonis responsione, vel etiam ex verisimili mente contrahentium *dec. 709. nu. 2. 6. 8. par. 9. diu. & dec. 30. nu. 4. par. 1. rec. & d. dec. 261. nu. 28. 29. 30. par. 4. to. 2.* vbi quod intentio contrahentium colligitur ex conie̊cturis, & verisimilitudine, veluti si sint plura pacta in eodem Instrumento, quia præsumuntur correspectiua, itaùt partes aliàs non fuissent contracturæ. *Congruit dec. 39. nu. 55. par. 8. rec.*

34 Item an ex causa remunerationis, possit Prælatus alterare antiquas concessiones, vide *dec. 243. par. 7. recen.* vbi sub nu. 10. quod est conclusio in puncto iuris periculosa, & sub nu. 12. quod data vrgentia meritorum adhuc ea non potest suffragari, cum in alienatione rerum Ecclesiæ non tantùm causa sed, & solemnitas requiratur.

35 Secundo eamdem principalem conclusionem limita, si cessauerit causa primæ concessionis, veluti si res inculta ab initio concessa fuerit, vt ad culturam redigeretur, & ad Ecclesiam fuerit

fuerit deuoluta, postquam ad culturam redacta fuit; tunc enim non potest relocari absque legitimis solemnitatibus. *Cæsar. de Graff. d. dec. 4. nu. 12. de reb. Eccles. non alien. Seraph. dec. 1490. nu. 7. & par. 7. rec. d. dec. 243. nu. 17. quæ est inter impress. Merlin. dec. 756.*

36 Tertio Limita si res solita concedi fuerit incorporata mensæ Prælati, veluti si finita locatione antè tempus ob non seruata pacta per Conductorem Episcopus, siuè Abbas, aut Monasterium rem locatam incorporauerit, quia tunc præcedens locatio non habetur amplius in consideratione, sed incipit nouus status, & bona non possunt denuò locari absque solemnitate *dec. 311. nu. 4. p. 2. diu. & dec. 241. nu. 5. & 6. par. 4. to. 2. rec. & d. dec. 243. nu. 18. par. 7. rec. intèr impress. Merlin. decis. 756. n. eod. Crescen. dec. 1. nu. 1. 2. de rebus Eccles. non alien.* Res autem dici-

37 tur effecta de mensa Prælati, quando Prælatus eam tenuit per annum ad manus suas, fructus percipiendo in Rom. Molæ 4. Iulij 1603. Iusto. Item quando per Offitiales ad id deputatos fuit descripta res in libro mensæ, aut hoc fuit declaratum per Prælatum in Mediolanen. bonorum 23. Ianuar. 1593. *coram Orano relata per Vrsell. d. concl. Legal. 85. nu. 26.*

38 Quarto Limita si Ecclesia sit ænormiter læsa *d. dec. 311. nu. 4. par. 2. diu.* Et dicitur enormiter læsa, si locatio fiat

39 minori pretio, quàm ab alio haberi posset. Ideò hoc casu ei datur restitutio, etiamsi locatio facta fuerit in forma consueta *Cæsar de Graff. d. dec. 4. n. 15. de reb. Eccles. non alien. inter impress. diuers. par. 1. dec. 360. nu. 9.*

40 Quinto Limita in locatione facta in Consanguineos, quia licèt bona Ecclesiæ solita locari possint renouari absque solemnitatibus, attamen non licet renouare in Consanguineos *dec. 103. n. 14. par. 8. rec.*

41 Cæterum quod res alienari consueuerit probari debet, nec statur assertioni pattium *dec. 106. n. 4. par. 2. repetita in 4. par. diu. in ordine 722. & d. dec. 241. nu. 3. par. 4. to. 2. rec. & dec. 36. nu. 9. par. 7. & dec. 39. nu. 46. & decis. 155. in fin. par. 8.*

Et quod non statur assertioni Prælati tamquam attestantis de re prohibita alienari, quià aliàs de facili fraudes committi possent *Rot. in Auersana Tenimenti 27. Iunij. 1583. cor. Rubeo.*

42 Et qui in solito se fundat, debet illud acceptare cum omnibus suis qualitatibus, vnde si deducat locationem ad probandum solitum, quæ sit nulla, non potest tali locatione iuuari *d. decis. 241. nu. 5. par. 4. to. 2. rec.*

43 Quando autèm res dicatur locari solita, tetigit *Rota apud Mohedan. de locat. & cond. dec. 8. nu. 2.* vbi quod res quæ est locata per decem annos dicitur solita locari, licet *Dec. aliter sensisse videatur in Authen. qui rem. C. de Sacros. Eccles.*

At successiue amplectendo opinionem *Decij in d. Aut. qui rem num. 20.* firmauit Rota, hoc solitum non probari, nisi per duas locationes minus solemnes cum cursu 40. annorum, aut per vnam solemniter factam; ita *in d. dec. 160. nu. 5. par. 2. diuers. & decis. 241. nu. 2. par. 4. to. 2. recen.* vbi quod est communis opinio, & pluries in Rota canonizata, *& dec. 711. nu. 8. par. 4. to. 3. & dec. 36. nu. 7. par. 7. & dec. 39. nu. 43. & dec. 73. nu. 10. & dec. 103. nu. 15. & dec. 155. nu. 5. 7. par. 8. rec. Seraph. dec. 1174. nu. 4. & decis. 1490. nu. 3. & 5. Pen. dec. 843. n. 12. Duran. dec. 250. nu. 18. & seq.*

44 Et quidem si vnica concessio solemnis adducitur ad effectum probandi, quod res est solita alienari, tunc vt dicatur solemnis, requiritur, quod vere, & realiter interuenerit beneplacitum Apostolicum, nec sufficit præsumpta confirmatio ex obseruantia, & lapsu etiam longissimi temporis. *Seraph. dec. 434. circa fi. & dec. 1451. num. 3. & decis. 1490. nu. 4. Duran. d. dec. 250. nu. 21. & par. 7. recen. dec. 36. nu. 8. & par. 8. d. dec. 39. nu. 45. & dec. 73. nu. 8. 9. & seqq.*

*seqq. & d. dec.* 155. *n.* 7. vbi quod concessio debet esse à principio solemnis, vel secundum requisita de iure, vel cum beneplacito Apostolico, & iudicis executoris sententia, quæ confirmet gratiam super euidenti vtilitate Ecclesiæ fundatam, & ita absque eo quod sint demenda tempora vitæ Rectoris alienantis, vel alia impedimenta ad sustinendam negatiuam decursus 30. annorum, quæ tali casu non considerantur.

45 Ratio est, quia si ad hunc effectum præsumeretur beneplacitum ex lapsu 30. annorum, plus operaretur vnica locatio cum lapsu 30. annorum, quam duæ quæ non tangerent metam 40. annorum *dec.* 711. *nu.* 12. *par.* 4. *to.* 3. *recen. & d. dec.* 155. *num.* 7. *par.* 8. vbi quod si solemnitas posset iuuari decursu temporis quoad vnicam concessionem, non esset recurrendum ad duas tempore 40. annorum obseruatas, dum vna semper sufficeret cum præsumptione beneplaciti Apostolici ex decursu 30. annorum.

46 Si vero adducantur duæ locationes, seu inuestituræ ad effectum prædictum, opus est, vt sint duæ concessiones separatæ ac distinctæ per distincta ac separata Instrumenta diuersis temporibus celebrata, ita vt non sufficiat quod in secunda fiat explicita mentio de prima, nisi de ea etiam aliunde constet, quia in prohibitis non statur assertioni par-
47 tium & in specie in materia alienationis rerum Ecclesiæ. *Seraph. dec.* 1451. *nu.* 3. *& dec.* 1490. *num.* 5. vbi quod confirmatio prioris locationis cum eius-
48 dem insertione non probat duplicem concessionem, sed pro vnica reputatur, quia de illa præcedenti non constat nisi ex assertione contrahentium *vt in d. dec.* 160 *nu.* 4. *par.* 2. *diuers. & recen. par.* 8. *dec.* 39. *nu.* 46. 47. vbi quod renouatio emphyteusis non est nouus ti-
49 tulus, sed prioris tituli renouatio, etiamsi in ea dicatur, & de nouo concedimus.

Et propterea duas locationes eis-
50 dem personis factas pro vnica esse reputandas, habetur *apud Seraph. d. dec.* 1490. *n.* 6. *& Duran. d. dec.* 250. *n.* 20. Et similiter si locationes duæ de eadem re factæ fuerint, veluti si domus, & apotheca fuerint separatim locatæ, vnicam tantùm concessionem respectu diuersorum corporum censendam esse, responsum legitur *apud Duran. decis. ead. num. eod.*

---

## Res exiguę, & Modici valoris, item inutiles, incertæ, steriles, & incultæ possunt alienari sine solemnitatibus, & assensu Apostolico.

§. 3.

*Materia tex. in can. Terrulas.* 12. *q.* 2. *& cap. ad aures. & cap. vt super* §. *possessiones de rebus Eccles. non alien. de qua Rebuff. de alien. rerum eccles. nu.* 24. 59. 60. 124. *& seq. Redoan. de rebus Eccles non alien. q.* 9. *q.* 10. *& q.* 13. *Guido-pap. dec.* 156. *& dec.* 158. *Mascard. de probat concl.* 75. *nu.* 23. 26. 27 *Gratia. discept.* 357. *nu.* 42. *& seqq. & discept.* 452. *per tot. Ricc. in prax. rer. for. Eccles. dec.* 39. *& in prax. rerum quotidianarum for. Eccles. resol.* 510. *n.* 10. 11. *& in collectan. dec. par.* 4. *collect.* 996. *Boss. de alien. bonor. Eccles. n.* 293. *& seqq. & n.* 373. *& seq. Bursat. cons.* 330. *à num.* 36. *Mastrill. dec.* 39. *à num.* 8. *per tot.*

SVMMARIVM.

51 *Alienatio rerum exigui valoris, valet sine solemnitatibus, & auctoritate Papa*

*Papæ, cit. dispositione can. Terrulas.*
*Et dispositioni d. can. neque Concilium Tridentinum, neque Paulina Constitutio derogauit.*
52 *Solemnitas non requiritur in alienatione rei omnino sterilis. Declara, vt numero 55.*
*Neque in alienatione rei omnino incertæ. nu. 53. Declara vt nu. 56.*
54 *Solemnitas non requiritur in alienatione rei exigui valoris, quatenus concurrat præcisa necessitas, prædij exiguitas, & quod res sit inutilis, & longè distantis.*
57 *Solemnitas non requiritur in alienatione rei exiguæ, & incertæ, quatenus persona sit capax rei concessæ.*
58 *Sterilis res in emphyteusim data ei qui illam fertilem fecit, potest in perpetuum concedi.*
59 *Conductor qui rem sterilem ad culturam redegit, & illius heres non potest expelli nisi maiori pensione grauari, & quare nu. 60.*
*Amplia etiamsi res non esset omnino sterilis, sed aliquam afferret vtilitatem nu. 61.*
62 *Vtilitas quanta esse debeat, vt intret dispositio cap. ad aures de rebus ecclesiæ non alien. est iudicis arbitrio remissum.*
63 *Conductoris qui rem meliorauit, heres seu cognatus pro eadem pensione est præferendus, etiamsi extraneus plus offerat.*
*Limita si ecclesia offerat heredi meliorationes nu. 64.*
65 *Dispositioni cap. ad aures de rebus eccles. non alien. quilibet renuntiare potest.*
66 *Renuntiare quod conductor voluerit fauore per d. cap. introducto non præsumitur.*
67 *Renunciatum si fuerit pacto expresso dispositioni cap. ad aures, in casu quo ecclesia vellet pro se retinere, non est extendenda renunciatio ad casum quo velit alteri relocare.*
68 *Dispositio cap. ad aures. de rebus ec-*

*ecclesiæ non alien. non procedit nisi in concessione rerum sterilium.*

51 EX dispositione can. Terrulas. 12. q. 2. alienatio prædij exigui valoris tenet absque solemnitatibus, & auctoritate Papæ, *Scrap. [illegible] & in [illegible] & seq. præcedentis.* ubi quod Sac. Congreg. Eminentissimorum Cardinalium Sac. Concilij Tridentini interpretum censuit, neque per Paulinam Constitutionem, neque per Concilij Tridentini decretum fuisse derogatum dispositioni d. canonis cuius argumento neque in alienatione rei omnino sterilis solemnitatem
52 requiri, *dixit Rot. [illegible] Ludou. [illegible] nu. 1. & apud Emen. [illegible] nu. [illegible]* Neque in alienatione rei omni-
53 no incertæ. *dec. 624. nu. 11. par. 1. [illegible] dec. 63. [illegible]*
54 Declara vt dispositio d. can. procedat, quatenus concurrat præcisa necessitas, prædij exiguitas, & quod res sit inutilis, & longe distans, *d. dec. 624. nu. 10. par. 1. recen.*
55 Item quatenus res sit omnino sterilis; secus si aliquam afferat vtilitatem, quia tunc solemnitatem requiri omnes consentiunt *d. dec. 66. nu. 1. par. 1. diuers.* & in his terminis intelligenda *dec. [illegible] par. 2. recen.* vbi quod is qui ad culturam reduxit fundum sterilem non potest expelli, & quod procedit etiam in rebus Ecclesiæ, licet sine causa, & solemnitate alienari nequeant.
56 Item declara vt procedat, quatenus incertitudo non sit reducibilis ad certitudinem per specificationem bonorum. *d. dec. 624. n. 11. par. 1. recen. & dec. 63. num. 4. par. 2.* vbi quod non possunt dici decimæ omnino incognitæ, & incertæ, quando ius percipiendi decimas est certum, & radicatum penes ecclesiam, & specificata sunt loca, in quibus Ecclesiæ competit ius decimandi.

57 Item quatenus persona, cui sit concessio, sit capax rei concessæ: quia aliàs res etiam exigua, & incerta non posset alienari sine auctoritate Apostolica, vt de decimis, quarum laici sunt incapaces, respondit *Rot. d. dec. 624. nu. 12. par. 1. & dec. 631. nu. 6. par. 2. recen.*

58 Sed circa concessionem rei sterilis no. quod licet res Ecclesiæ non possint in emphyteusim perpetuam concedi etiam cum solemnitatibus, cum de iure non valeat concessio emphyteusis ecclesiasticæ factæ vltra tres personas, scilicet recipientis, filiorum, & nepotum *d. dec. 39. nu. 2. & num. 8. & seqq. par. 8. recen.* attamen res sterilis in emphyteusim data ei qui illam fertilem fecit, potest in perpetuum concedi ex dispositione *cap. ad omnes. de reb. eccles. non alien. Rot. dec. ead. nu. 14.*

59 Item no. quod qui rem sterilem ad culturam redegit, & illius hæres non potest expelli, aut maiori pensione grauari. *Rot. dec. 998. nu. 1. par. 1. diuers. & d. dec. 11. nu. 5. par. 1. recen. per tex. in d. cap.* ad aures, cuius dispositio fundatur in eo, quod si finita prima loca-

60 tione non fieret renouatio, & Ecclesia bona facta fertilia exclusis antiquis cultoribus alijs concederet, resultaret quædam iniquitas, quæ in Ecclesia quę est cultrix iustitiæ admitti non debet *dec. 242. nu. 9. par. 2. diuers.*

61 Amplia, etiamsi res non esset omnino sterilis, sed aliquam afferet vtilitatem, veluti silua. *d. dec. 664. nu. 1. par. 1. diuers.*

62 Circa quam vtilitatem, hoc est quanta esse debeat de tempore concessionis, vt illius tex. dispositio applicetur, iudicis arbitrio est commissum, cum iure cautum non repetiatur. *d. dec. 664. nu. 2. par. 1. diuers.*

63 Amplia, etiamsi extraneus plus offerat, quia adhuc cognati eorum, qui ad culturam reduxerunt, pro solita, & antiqua pensione sunt præferendi iuxta opinionem aliquorum Dominorum de Rota, de qua *in d. dec. 360. nu. 6. par. 1. diuers.* vbi tamen quod magis placuit Rotæ expositio, & declaratio *ad d. cap. ad aures,* quam facit *Bouch. in cap. Nulli. num. 6. de rebus Eccles. non alien.* vbi quod ex causa æquitatis possunt concedi in perpetuam emphyteusim terræ illæ quæ arabiles factæ sunt, eis vel hæredibus illorum, quorum labore hoc factum est, nisi tempore contractus possint alijs concedi cum maiori vtilitate Ecclesiæ. Vnde si laborans, vel hæres vult tantum dare, quantum alius, præfertur

64 omnibus, sed si non vult, repellitur: sed tamen pro labore satisfaciendum est ei, ne defleat diligentiam adhibuisse, & sic ampliatio prædicta limitabitur, quotiescumque ecclesia offerat meliorationes hæredi meliorantis, quia tunc hæres extraneo plus offerenti non præfertur.

65 Rursum no. quod dispositioni d. cap. ad omnes. quilibet potest renunciare ex regula quod quilibet fauori pro se introducto renunciare potest. *d. dec. 664. nu. 3. par. 1. diuers.*

66 Verum iuri petendi renouationem inuestituræ, de quo in d. cap. non præsumitur quis renuntiare voluisse: quia non est verisimile, quod contrahentes renuntiando huic æquitati admittere voluerint vt Ecclesia alteri cuicumque relocaret, & descendentes eorum operas, & labores haberent deplorare. *d. dec. 242. nu. 10. par. 2. diuers.*

67 Ideo si eo pacto appareat renunciatum iuri petendi renouationem in casu quo ecclesia vellet pro se retinere, non est extendenda renunciatio ad casum quo ecclesia vellet alteri relocare, ratione supradicta, & quia renuntiationes sunt stricti iuris, & in eis non veniunt nisi quę spetialiter exprimuntur. *d. dec. 242. per tot. par. 2. diuers.*

68 Postremò no. quod dispositio d. cap. ad aures. non procedit nisi in concessione terrarum sterilium iuxta veriorem opinionē quę ecclesię libertati magis consona videtur, ideo conductor prædij ecclesiæ siue vrbani, seu rustici quod fructum reddat, non potest prætendere pręlationem. *Rot. dec. 219. nu. 22. & seq. par. 10.*

De

## De alijs casibus, quibus res Ecclesiæ sine solemnitate alienari possunt.

### §. 4.

*Ad materiam Bal. in l. si pupillorum §. si pupillus. ff. de rebus eorum qui sub tutela vel cura sunt. Hostien. in cap. nouit. de his quæ fiunt à Prælato sine consensu capituli. Ias. in l. hoc legati. ff. de lega. 1. Feder. de Sen. cons. 9. Socin. cons. 52. aliâs 53. lib. 4. Oldrad. cons. 182. vers. & sicut Dec. cons. 341. n. 12. vers. Accedit etiam consuetudo Mascard. de probat. concl. 75. nu. 24. Garz. de benef. par. 1. cap. 5. nu. 38. 39. Ricc. in prax. rerum for. eccles. dec. 95. dec. 96. dec. 99. & dec. 135. Rebuff. de alien. rer. eccles. num. 31. Boss. de alien. bon. eccles. à nu. 266. ad nu. 276. & rursus num. 315. Add. ad Buratt. dec. 459. nu. 17. Bordon. resol. regular. 27. nu. 63. Gratia. discept. forens. cap. 118. nu. 31. & seqq.*

### SVMMARIVM.

69 *Bona Ecclesiæ quæ sunt difficilis recuperationis alienari possunt inconsulto Pontifice, lege apposita vt laicus expensis, & periculo suo eas recuperet.*
*Declara vt nu. 70. 71.*
72 *Solemnitas non requiritur in alienatione necessaria, veluti facta in vim pacti de affrancando, vel in distractione bonorum Ecclesiæ quæ fit per iudicem pro solutione æris alieni.*
*Declara vt procedas, quando iudex venit ad alienationem vigore obligationis contractæ cum solemnitatibus, alias secus nu. 73.*
*Sub declara, vt nu. 74.*
75 *Papæ auctoritas non est necessaria, si plura bona fuerint per laicum Ecclesiæ relicta, & pars alienetur pro soluendis debitis hæreditarijs.*
*Limita vt nu. 76.*
77 *Solemnitas non requiritur, si Episcopus de bonis suæ mensæ Episcopalis donet capitulo.*
78 *Alienatum ab Ecclesia non dicitur quod semper in ecclesiæ dominio retinetur.*
79 *Episcopus potest de bonis suæ mensæ donare loco religioso, multò magis suo capitulo, cui magis alligatur.*
80 *Solemnitas non requiritur in alienatione factà fauore ecclesiæ eidem Prælato subiectæ, & in Regulares eiusdem Religionis, ac eidem Generali, & Capitulo subiectos.*
81 *Solemnitas in alienatione rerum Ecclesiæ non requiritur, si statuto vel consuetudine fuit remissa.*
82 *Statutum, & consuetudo de pari procedunt.*
83 *Assensus Apostolicus pro validitate alienationis non requiritur, vbi Paulina Constitutio non fuit vsu recepta.*
84 *Solemnitas non requiritur in extinctione, seu reductione pensionis, nam extinctio est fauorabilis.*
*Limita vt nu. 88.*
85 *Pensio constitui non potest sine superioris auctoritate.*
*Neque distrahi. nu. 86.*
87 *Solemnitas non requiritur in extinctione pensionis siue perpetua, siue temporali, & siue in totum, siue pro parte pensio extinguatur.*
89 *Pensio semel extincta non reuiuiscit, nisi accedat nouus Papæ consensus.*
90 *Obligatio semel extincta per primum pactum de non petendo non reuiuiscit per secundum de petendo.*
91 *Per pensionis translationem prior extinguitur pensio, & noua creatur, ideo agitur ex secundis literis translationis, non ex primis reseruationis.*
92 *Solemnitas non requiritur in repudiatione hæreditatis seu legati Ecclesiæ relicti.*

93 *Præ-*

93 *Prælatus in aquirendis potest præiudicare suæ ecclesiæ, quantumcunque absit cui esset quæsita actio.*

*Et hanc opinionem hodie seruat Rota, licet aliàs contrarium senserit. n. 94.*

95 *Hæreditas cedi non potest, nisi prius saltem ordine intellectus adeatur.*

96 *Solemnitas non requiritur in cessione seu renuntiatione hæreditatis aut legati ecclesiæ relicti: quia talis cessio non est ordinata ad aquirendum principaliter, sed ad renuntiandum, & momentanea aquisitio non habetur in consideratione.*

*Limita ut nu. 97.*

98 *Solemnitas non requiritur in remissione iuris quæsiti ecclesiæ per contrauentionem alterius.*

99 *Solemnitas nõ requiritur, si emphyteutæ ecclesiastico caducitas remittatur.*

100 *Solemnitas, & assensus Apostolicus requiritur in refutatione bonorum quæ Monasterio per alicuius ingressum quæruntur.*



PLures alij sunt casus, quibus res ecclesiæ sine solemnitate alienari possunt.

Et primo bona Ecclesiæ non solum incerta (vt dictum est in præcedenti §.) sed etiam certa, sed difficilis recupera-
69 tionis alienari possunt inconsulto Pontifice, lege apposita vt Laicus expensis, & periculo suo eas recuperet, non obstante iuramento de non alienando à Prælato præstito. *Rot. recen. par. 2. dec. 631. num. 3.*

70 Quod tamen intelligendum est de bonis, quæ solita sint ab antiquo in emphyteusim aut feudum dari ab ecclesia, & propter laicorum potentiam difficillime recuperari possint: secus vero, vbi bona numquam per prius fuerint infeudata, quia tunc necessariò requiritur beneplacitum Apostolicum, vt declarat *Rot. d. dec. 631. nu. 5.*

71 Item videtur intelligendum, quatenus subsit iusta causa alienandi, videli-
72 cet quia aliter Ecclesiæ consuli nequeat, vt sensit *Rot. dec. 336. num. 22. par. 10. recen. de quo tamen infra cap. seq.*

Secundo loco solemnitas non requiritur in alienatione necessaria, veluti in alienatione quæ fit in vim pacti de affrancando iuxta *Seraph. dec. 1080. nu. 9.* vel in distractione bonorum Ecclesiæ, quæ fit per iudicem ad effectum soluendi æs alienum contractum sub hypotheca generali bonorum Ecclesiæ, *ad dec. 97. num. 13. post tract. Merlin. de pignor.*

Sed hoc procedit, quando iudex venit ad alienationẽ vigore obligationis contractæ cum solemnitatibus; aliàs secus; nam in tantũ iudex valet deuenire ad alienationem, in quantum solemnitas interposita in natiuitate obligationis, cum porrigat suum effectum ad tempus alienationis, dicitur interposita super eadem alienatione, vt declarat *Rot. d. dec. 97. num. 14. post Merlin. ad quod etiam faciunt supra not. cap. 8. n. 51.*

74 Declarationem tamen limita in casu soluendi debita contracta ab aliquo auctore ecclesiæ, qui eidem bona sua reliquerit: tunc enim ad distractionem iudicialem deueniri potest occasione obligationis initæ etiam sine beneplacito Apostolico, cum tali casu æs alienum fuerit ab initio rite, & recte contractum, ex quo auctor ecclesiæ nullas tenebatur adimplere solemnitates, sicque dicatur prouenire ex necessaria causa auctoris, & non ex voluntate ecclesiæ. *d. dec. 97. n. 15. 16. post Merlin.*

75 Et quod non est necessaria auctoritas Papæ, si plura bona fuerint ecclesiæ relicta, & pars alienetur pro soluendis debitis hæreditarijs, respondit *Rot. diuers. par. 4. dec. 202. nu. 8. quæ est inter impress. Manti. dec. 41.*

76 Sublimita; si ecclesia hæreditatem adiuerit, quia tunc bona censentur facta ipsius ecclesiæ propria, & ideo sine beneplacito alienari non possunt. *d. dec. 203. nu. 3. par. 4. diuers.*

77 Tertiò non requiritur solemnitas, si Episcopus de bonis suæ mensæ Episcopalis donet Capitulo, quia licet regulariter

latiter Episcopus non possit alienare res suæ mensæ Episcopalis, nisi copulatiuè interueniant solemnitas, & vtilitas: attamen potest donare, & alienare suo Capitulo sine solemnitatibus, non obstante iuramento de non alienando sine superioris licentia. *Rot. diuers. par.* 1. *dec.* 756. *nu.* 1. 3.

78 Et ratio est, quia non potest dici alienatum ab ecclesia, quod semper in dominio ecclesiæ retinetur. Item quia, sicut Episcopus potest de bonis suæ men-
79 sæ Episcopalis loco religioso donare, ita, & multo magis debet posse donare suo capitulo, cui magis alligatur. *decis. ead. nu.* 4. 5.

80 Quarto non requiritur solemnitas, si alienetur fauore ecclesiæ eidem Prælato subiectæ, & in Regulares eiusdem Religionis, ac eidem Generali, & Capitulo subiectos. *in Romana reintegrationis, seù Monasterij* 18. *Martij* 1657. *coram R. P. D. Beuilaqua.*

81 Quinto non requiritur solemnitas aliàs necessaria, stante contraria consuetudine vel statuto. *Emin. Ottbob. dec.* 210. *nu.* 3. 4. vbi quod *Extrauagans* Ambitiosæ, sicut non vendicat sibi locum vbi viget contraria consuetudo, ita neque vbi contrarium disponitur per statuta, cum statutum, & consuetu-
82 do à pari procedant. *Vide supra not. cap.* 2. *nu.* 23. *& cap.* 8. *n.* 4. vbi quod assensus Apostolicus non requiritur, vbi
83 Paulina Constitutio non fuit vsu recepta. *item not. cap.* 14. *nu.* 40.

Sed no. *quod decisio Emin. Ottbob.* loquitur de Statuto Religionis Hierosolomitanæ, confirmato à Sede Apostolica in forma specifica, quod dicitur Papale, & præualet dispositioni iuris communis. *vt sub nu.* 6. 7. 8.

84 Sexto non requiritur solemnitas in cassatione, seu reductione pensionis, etenim extinctio est fauorabilis, cum restituat beneficium ad pristinam libertatem, propterea pensio cassari potest, sine superioris auctoritate. *dec.* 454. *nu.* 7. *& dec.* 471. *nu.* 10. *par.* 1. *diuers. Buratt. dec.* 469. *nu.* 1.

85 Licet sine ea constitui nequeat. *d. dec.* 454. *nu.* 7. *par.* 1. *diuers.*

86 Neque distrahi. *dec.* 3. *nu.* 30. *par.* 7. *rec. cum supra not. cap.* 8. *nu.* 45.

87 Amplia, vt procedat, non solum in remissione totius pensionis, & perpetua, sed etiam in extinctione, seu reductione partis, & temporali, cum semper vigeat eadem ratio liberationis ecclesiæ in totum, vel in partem à grauamine, vel seruitute. *Burat. decis.* 528. *num.* 1.

88 Sed no. quod pensio extingui non potest sine superioris auctoritate, si extinctio fiat mediante anticipata solutione. *d. dec.* 454. *nu.* 7. *par.* 1. *diuers.*

89 Item si conueniat, vt retardata solutione residui pensionis non extincti, diminutio, seu reductio sit nulla, & nullius valoris, & sic reintegretur, & reuiuiscat pensio semel extincta, requiritur nouus Papæ consensus. *Cassador. dec.* 6. *nu.* 6. *vers. Nec obstat. de pension. Buratt. d. dec.* 459. *nu.* 2.

Maxime quia per dictum pactum non restituitur, nec resurgit prima pensio, sed noua constituitur: prout in si-
90 mili per primum pactum de non petendo sublata, ac semel extincta prior obligatio naturalis per secundum de petendo non resuscitat: & contractus ipso iure sublatus per pactum de non petendo non renascitur idem numero per pactum de petendo, sed oritur de nouo alius contractus numero, seu nouus contractus. Vnde etiam idem contingere videmus in translatione pensionis,
91 in qua prior extinguitur pensio, & noua creatur, ideo agitur ex secundis literis translationis, non ex primis reseruationis. *Buratt. dec. ead. nu.* 3. 4.

92 Septimo non requiritur solemnitas in repudiatione hæreditatis seu legati ecclesiæ relicti, quia Prælatus in quæ-
93 rendis potest præiudicare ecclesiæ; quamtumcumque Prælato esset quæsita actio iuxta sententiam. *Iaf. in l. hoc Legati. ff. de lega.* 1. *quam secuta est Rot. dec.* 233. *nu.* 6. 7. *& dec.* 284. *nu.* 8. 9. *par.* 3. *lib.* 3. *diuers. & apud Pute. decis.*

207.

207. *nu.* 1. *lib.* 2. *recedendo ab opinione quam aliàs tenuit coram Verall.dec.* 359.
94 *par.* 2. vbi quod Prælatus non potest prçiudicare ecclesiæ tam in acquisitis, quam in acquirendis, & ideo non potest repudiare Legatum suç ecclesiç relictum absq̃ue consensu Capituli, & alijs solemnitatibus de iure requisitis in alienatione rerum ecclesiæ.

Et licet maior difficultas versetur in renuntiatione, seu cessione hæreditatis, seu legati ad fauorem alterius, nam ex simplici repudiatione non inducitur aditio, seu acceptatio hæreditatis, & ideo repudiatio non censetur alienatio, sed tantum non aquisitio: cessio autem seu renuntiatio ad fauorem alterius videtur vera donatio, & alienatio rei iam aquisitæ ecclesiæ, cum eo ipso quod quis cedit, tacitè, & prius natura adeat, & accepter, non enim posset cedere,
95 nisi prius saltem ordine intellectus intelligeretur adijsse, vt ponderat *Rot.dec.* 30. *nu.* 4. *par.* 3. *lib.* 2. *diuers.*
96 Nihilominus Rota idem in cessione, seu renuntiatione ac in repudiatione resoluit: quia licet Prælatus cedendo videatur adire, & sic non simus in quærendo, sed in quçsito, attamen ex quo illa cessio non est ordinata ad aquirendum, & adeundum principaliter, sed potius ad renuntiandum, illa aquisitio momentanea non habetur in consideratione; *ita in d. dec.* 30. *nu.* 5. *par.* 3 *lib.* 2. *& d. dec.* 233. *nu.* 6. *ead. par.* 3. *lib.* 3. *diuers. & apud Pute. dec.* 507. *nu.* 2. *lib.* 2. *in correct. & in Perusina restitutionis contractus.* 18 *Martij.* 1588. *& in Romana domus in Burgo,* 19. *Decembr.* 1580. *coram Blanchetto, cum alijs relatis per Vrsell.concl. Legal.* 85. *n.* 24. 25. Quibus congruit *Seraph. dec.* 567. *n.* 1. vbi quod licet Prælatus non possit per actum fictum transferre possessionem, tamen non procedit, quando id fit per viam non acceptationis, quoniam hoc casu potest præiudicare Ecclesiæ etiam concedendo alteri.
97 Quod si fierent duo actus separati, licçt incontinenti vnus post alium, putą Prælatus prius adiret, deinde statim etiam in eodem instrumento cederet, secus dicendum esset, quia sufficit, rem momento temporis fuisse in dominio ecclesiæ ad effectum vt Prælatus post acceptationem, & ius quæsitum non possit præiudicare ecclesiæ. *Rot. d. dec.* 30. *in fi. par.* 3. *lib.* 2. *diuers. Buratt. dec.* 560. *nu.* 6. vbi etiam quod licet Prælatus possit præiudicare ecclesiæ in quçrendis iuxta *Feder. de Sen. cons.* 9. non procedit tamen, vbi agitur de fauore ecclesiç cuius interest, non solum bona non diminui, sed augeri debere, vt latè declarat *Lambertin. de iurepatr. lib.* 3. *q.* 2. *princ. art* 9. *nu.* 2. *vers.* Quinta conclusio. Conferunt tradita per *Rot. dec.* 430 *nu.* 8. *par.* 2. *recen. de qua supra cap.* 2. *nu.* 3. *cum allegatis per Vrsell. d. concl.* 85. *à nu.* 23. *ad nu.* 28.

Ex prędictis autem ad sequentes conclusiones infertur.
98 Et prima est: solemnitas non requiritur in remissione iuris ecclesiæ aquisiti per contrauentionem alterius: veluti, si testator prohibuit hçredi bonorum alienationem, & in casu contrauentionis voluit, alienantem cadere à iure suo, & applicauit bona ecclesię; si enim hæres alienauit, atque ita caducitas inducta fuit ad fauorem ecclesię, eique ius quæsitum ad bona alienata etiam ante acceptationem, nihilominus ecclesia potest huiusmodi ius quæsitum cedere, & remittere absq; assensu Apostolico, & solemnitatibus à iure requisitis: quia tale ius non fuit aquisitum absolutè, & irremissibiliter, sed reuocabiliter, & sub conditione, si ecclesia acceptauerit, seu voluerit, vel nisi rei misetit, & pæna apposita actui in fauorem alicuius intelligitur habere locum si is, in cuius fauorem apponitur, voluerit. *Rot. in Regien. bonorum* 1. *April.* 1585. *coram Sa. me. Clemente VIII. relata per Rice. in prax. rer. for. eccles. dec.* 99. *in fi. & Boss. d. tit. de alien. bonor. eccles. nu.* 275.
99 Secunda conclusio est, Prælatus, seu Parochus, aut alius Beneficiatus potest remit-

remittere caducitatem emphyteutæ qui in illam incidit ob canonem non solutum, absque assensu Apostolico, & incursu censurarum: nam talis remissio non est cessio, vel donatio alicuius iuris quæsiti ecclesiæ, emphyteuta enim cessans à solutione canonis ipso iure non ammittit emphyteusim, nisi dominus velit: & ita antequam Prelatus declaret, se velle ab emphyteuta incursam caducitatem, res nondum est ecclesiæ incorporata; vnde remissio caducitatis non est alienatio, sed tantùm non aquisitio: & cum in aquirendis possit Prælatus ecclesię prędiudicare, ideo potest caducitatem remittere absque alia solemnitate, *prout in vna Hyporigen. emphyteusis: 17. Ianuar. 1580. coram Lista resolutum refert Ricc. in prax. rerum for. eccles. dec. 335. nu. 5. & Boss. d. tit: de alien. bon. eccles. nu. 1274.*

100 Tertia conclusio, Prelatus aut Monasterium absque assensu Apostolico, & solemnitatibus à iure requisitis non possunt refutare bona ingressi Monasterium, quia dictorum bonorum dominium, & possessio est pænes ingredientem Monasterium, & profitentem, & vti accessoria ad personam, statim ac emissa, est professio, ipso iure, & absque aditione, apprehensione, & traditione transeunt in Monasterium tam quoad proprietatem, quam quoad possessionem, dummodo in ingressu, antequam in Monasterium transirent, actum non fuerit, quod illi non aquirantur: Ideo in alienatione, seu refutatione talium bonorum requiritur assensus Apostolicus, & Prelatus nec tacite, nec expressè potest in eis præiudicare Monasterio sine solemnitatibus, cum non agatur de aquirendis; sed de aquisitis, quamuis Monasterium egisset ad dicta bona tamquam sibi delata ex successione, non autem ex ingressu, seu translatione cum ipsa persona ingressi. *Rot. in Perusina bonorum de Bertolinis. 19. Nouembr. 1584. coram Cardinali Pamphilio, relata per Gratia. discept. forens. cap. 118. num. 33. 34. & Boss. d. tit. de alien. bonor. eccles. nu. 275.*

---

## De iusta causa alienandi res Ecclesiæ.

## CAP. XVI.

*Materia tex. in can. non habenti necessitatem, & can. sine except. 12. q. 2. de qua Gl. in summa 12. q. 2. Boich. in cap. Nulli liceat nu. 6. de rebus eccles. non alien. Rebuff. de alien. rer. eccles. nu. 96. Redoan. de reb. eccles. non alien. q. 19. cum 4. seqq. Paris. cons. 24. nu. 2. lib. 4. Dec. cons. 142. nu. 4. Molin. de contract. disput. 468. nu. 2. Couar. var. resol. lib. 2. cap. 17. nu. 2. 3. Menoch. de arbitr. cas. 172. n. 7. 8. Boss. in tit. de alien. bon. eccles. à nu. 43. latè. Ricc. in prax. rerum for. eccles. dec. 2. & dec. 14.*

### SVMMARIVM.

1 *Causa iusta alienandi res Ecclesiæ est necessitas, vel eiusdem vtilitas.*
2 *Alienatio necessaria non comprehenditur sub prohibitione alienationis, ideo tenet absque solemnitate: veluti si fiat vigore Bullæ iuris congrui, aut in vim pacti de affrancando.*
3 *Alienatio valida est, si redundet in maiorem vtilitatem Ecclesiæ.*
4 *Vtilitas euidens in alienatione rerum Ecclesiæ semper requiritur.*
5 *Vtilitas dicitur causa finalis alienandi bona Ecclesiæ, præter quam Papa nihil aliud exigit.*
6 *Papa non curat de solemnitatibus, sed tantùm de vtilitate, & quare nu. 7.*
8 *Alienationis validitas potissimum pendet ab vtilitate, pro qua assequenda præscriptæ sunt certæ solemnitates: sed sicut solemnitas sine causa, ita causa si-*

*ne solemnitate, hoc est sine beneplacito Apostolico hodie non sufficit.*

9 *Vtilitas pro validitate alienationis requisita debet esse clara, euidens, & indubitata: adeo vt qualibet dubitatio circa vtilitatem contractum vitiet.*

10 *Alienatio vt dicatur vtilis, quid requiratur.*

11 *Necessitas ex qua permittitur alienatio non comprehendit necessitatem, in quam sponte quis se coniecit.*

12 *Prælatus dilapidans pecunias dat, bona Ecclesiæ debet de proprio Ecclesiam resarcire.*

13 *Necessitatem alienandi quando Prælatus non habuisse dicatur.*

14 *Necessaria vt dicatur alienatio ex causa æris alieni, requiritur, vt creditores vrgeant apud Iudicem, & ne alienentur bona vltra quantitatem debitam.*

15 *Alienatio si fiat ex causa vtilitatis, inquirere oportet, quid expediat alienare, secus si fiat ex causa necessitatis. Declara vt nu. 16.*

17 *Necessitas alienandi excluditur, quoties aliter indemnitati Ecclesiæ potest prouideri.*

18 *Alienatio si fiat ex causa necessitatis tunc illi statur qualemcumque exitum habeat, dummodo sit vtiliter captum, secus si fiat ex causa vtilitatis.*

19 *In alienatione facta ex causa necessaria sufficit quod ab initio concurrat vtilitas putatiua ad effectum sustinendi contractum, licet ob læsionem detur Ecclesia in integrum restitutio. Declara vt nu. 20. & 21.*

22 *Causa tam necessitatis quam vtilitatis respicere debet ipsam Ecclesiam, non autem titularem.*

23 *Alienatio reperitur prohibita fauore Ecclesiæ, non autem Clericorum.*

24 *Solutio æris alieni pro extinguenda pensione contracti non præbet iustam causam alienandi bona beneficij pensione grauati.*

25 *Alienatio si fiat ex causa necessitatis æris alieni, probandum est, quod pretium versum fuerit in eam causam, ob quam fuit facta alienatio.*

1 IVsta causa alienandi res Ecclesiæ censetur necessitas vel euidens vtilitas. *Coccin. dec. 445. nu. 3. Cauaher. dec. 439. nn. 2. & par. 2. recen. dec. 430. nu. 4. & par. 4. to. 1. dec. 241. nu. 22. & par. 10. dec. 336. nu. 18.*

2 Hinc alienatio necessaria non comprehenditur sub prohibitione alienationis, & ideo validam esse venditionẽ factam absque assensu Abbatis, & Monachorum quia venditor vigore Bullæ iuris congrui poterat ad vendendum compelli, dictum fuit *in dec. 223. n. 2. 3. par. 4. diuers.*

Prout etiam alienationem factam in vim pacti de affrancando, quæ quidem necessaria dicitur, sustineri, etiam si in aliqua solemnitate deficeret, respondit *Rot. apud Seraph. dec. 1080. nu. 9.*

3 Similiter alienatio valida est, si redundet in maiorem vtilitatem Ecclesiæ. *Pen. dec. 693. nu. 3.*

4 Immo quod semper requiritur euidens Ecclesiæ vtilitas habetur *in dec. 243. nu. 9. par. 7. recen.*

5 Et vtilitas dicitur causa finalis alienandi bona Ecclesiastica *. dec. 34. nu. 5. & 7. par. 1. recen.*

Et ab vtilitate pendet tota validitas alienationis, præter quam nihil aliud Pontifices exigunt. *dec. 624. n. 3. par. 1. recen. & dec. 730. nn. 3. par. 2. & decis. 94. nu. 75. par. 7. quæ est inter impress. Merlin. dec. 702. & rec. par. 9. to. 1. dec. 114. nu. 36.* Et Papa non curat de 6 solemnitatibus, sed tantum de vtilitatẽ Ecclesiæ *Seraph. dec. 338. nu. 4.*

7 Nam solemnitates præscriptæ sunt tamquam media ad vtilitatis finem assequendum, & ad euitandas damnosas ecclesiarum circumuentiones, cum sola intentio Summi Pontificis sit, vt alienatio fiat in euidentem vtilitatem Ecclesię, *Merlin. dec. 710. nu. 8. Man. tic. dec. 111. nu. 5.* vbi quod concurrente vtilitate non obstat vitium subreptionis contra supplicationem oppositum: optimè *in d. dec. 94. nu. 76. par. 7. recen.*

*ren. & d. dec. 114. nu. 37. par. 9. 10. p.*

8 Prædicta intellige vt validitas potissimum pendeat ab vtilitate, pro qua assequenda præscriptæ sunt certæ solemnitates, & ideo maior, & intolerabilior sit defectus circa vtilitatem, quam circa solemnitates, *vt apud Merlin. d. dec. 702. n. 74. (quæ est eadem cum d. dec. 94. par. 7. recen.) & dec. 887. nu. 13. & d. dec. 114. nu. 36. par. 9. 10. p.*

Cæterum sicut solemnitas sine causa, ita causa sine solemnitate non sufficit, hoc est sine beneplacito Apostolico, in quo tota solemnitas stante constitutione Pauli Secundi hodie posita est: cum enim ecclesiæ bonorum alienatio sit per d. constitutionem indistinctè interdicta sine speciali Summi Pontificis licentia, interdicta censetur, etiamsi in ecclesiæ vtilitatem facta fuerit. *recen. par. 2. dec. 631. nu. 1. Merlin. dec. 756. nu. 12. & dec. 764. nu. 9.* Ideo vtrumque requisitum, hoc est solemnitas, & causa concurrere debent, & copulatiuè requiruntur, aliàs alienatio non tenet. *Seraph. dec. 508. nu. 1. Merlin. dec. 775. nu. 18. & par. 5. recen. dec. 367. par. 1.*

*Et dec. Seraph. 338. nu. 4.* ita accipi debet, vt Papa non curet de alijs solemnitatibus, quando illius assensus fuit requisitus, & concurrit vtilitas. prout in dicto casu, & dictum fuit *in d. dec. 101. nu. 5. apud Manti.* vbi quod non obstabat subreptio opposita, quia constabat de vtilitate, & aderat beneplacitum, in quo clausula, si in euidentem, restringit totam gratiam.

Atque idem dicendum de alienatione ex causa necessaria facta, vt scilicet sustineatur etiam sine solemnitatibus, vt dictum fuit supra nu. 2. Concurrente tamen beneplacito Apostolico, prout id concurrebat saltem præsumptum *in d. dec. Seraph.* 1080. Nam beneplacitum Apostolicum etiam in casibus à iure permissis hodie requiritur vt supra notauimus *cap. 8. nu. 8.* & in specie in alienatione ex causa necessaria facta *decis. 203. nu. 1. par. 4. diuers.*

9 Cæterum vtilitas pro validitate alienationis requisita debet esse clara, euidens, & indubitata. *Seraph. dec. 508. n. 12. Merlin. dec. 756. nu. 5. & 9. & dec. 887. nu. 13. & par. 2. diuers. dec. 65. nu. 17. & dec. 178. n. 10. & recen. par. 1. dec. 624. nu. 3. & par. 2 dec. 430. n. 4. & par. 4. tom. 2. dec. 241. nu. 25. & dec. 261. nu. 14. & dec. 284. nu. 1. & dec. 319. nu. 11. & par. 7. dec. 94. n. 52. & dec. 36. nu. 13. & par. 10. dec. 275. nu. 16. & dec. 336. nu. 18.*

Et si aliquid dubitationis esset circa vtilitatem, etiamsi manifestè non appareret de damno, alienatio tamen nulla esset. *Merlin. d. dec. 887. n. 13. & par. 2. diuers. d. dec. 65. nu. 19. & d. decis. 284. num. 2. par. 4. tom. 2. recen. & d. dec. 94. nu. 52. par. 7. & in Papien. bonorum 1. Iulij 1579. coram Lancellotto.*

Ad hoc enim vt alienatio dicatur vtilis, non sufficit ecclesiam non fuisse
10 damnificatam, sed requiritur vt lucrum percipiat, & locupletior facta fuerit. *Duran. dec. 250. n. 6. Merlin. dec. 756. nu. 5. & d. dec. 65. nu. 4. par. 2. diuers. & dec. 241. nu. 25. & dec. 261. nu. 15. & dec. 319. nu. 12. par. 4. tom. 2. rec.*

Necessitas autem ex qua permittitur alienatio, non comprehendit necessi-
11 tatem, in quam spontè quis se conijcit consumendo, & dilapidando in fraudem Ecclesiæ. *Seraph. dec. 653. nu. 4. & dec. 97. nu. 17. post. tract. Merlin. de pignor.*

Nam si rector, aut Prælatus dilapidet pecunias, aut bona Ecclesiæ, est de-
12 bitor Ecclesiæ pro summa consumpta, & de bonis proprijs refundere tenetur, ac Ecclesiam resarcire. *Seraph. dec. 508. nu. 6. & seq. quæ est dec. in ordine 222. par. 4. diuers.*

13 Et si Prælatus intra biennium ab alienatione emerit iocalia, aut mutuum dederit, dicitur cessare necessitas. *in Leodien. prætensi census. 29. Ianuarij 1596. coràm Orano. de qua Rubeus in suis singular. de alien. rerum Eccles. obseru. 8. §. 4.*

Item si probetur, paulò antè alienationem Prælatum habuisse in manibus

tot pecunias, quibus creditoribus Ecclesiæ poterat satisfacere. *Seraph. dec.* 1508. *nu.* 6. *ad med.*

14 Præterea vt ex causa æris alieni bona Ecclesiæ alienari possint, requiritur, quod Creditores vrgeant apud Iudicem *dec.* 375. *nu.* 8. *par.* x. *rec.*

Itèm non debent alienari bona valoris longè excedentis quantitatem debitam, nàm ea, quæ propter necessitatem conceduntur, catenùs valent, quatenùs necessitas vrgeat, & non vltrà *decis. ead. nu.* 9.

15 Demum generaliter circa prædictas causas vtilitatis, & necessitatis nota primò, quòd si alienatio fiat ex causa vtilitatis, inquirere oportet, quid potiùs expediat alienare, secùs si alienetur ex causa necessitatis, tunc enim sufficit, quòd subsit necessitas. *d. dec.* 222. *nu.* 13. *par.* 4. *diuers.*

16 Quod tamen intellige, si necessitas est talis, vt aliter prouideri non possit; nam si ex pecunijs, vel fructibus potest prouideri, bona Ecclesiæ non sunt alienanda, & si alienatio fiat, non subsistit. *d. dec.* 222. *nu.* 8. *&* 10. *par.* 4. *diuers. Merlin. dec.* 775. *n.* 6. *& seqq. & recen. par.* 10. *dec.* 275. *nu.* 15. vbi quod alienatio *facta* pro extinctione pensionis super beneficio reseruatæ non valet, cum ipsius pensionis reductio peti pos-

17 sit: quia necessitas alienandi excluditur, quoties aliter indemnitati Ecclesiæ potest prouideri. Congruit *Seraph. dec.* 508. *nu.* 8 *& dec.* 1490. *n.* 9. vbi quod non est sufficiens causa alienationis, si domus dicatur ruinosa, quando cum parua impensa poterat reparari.

18 No. Secundo quod si alienatio fiat ex causa necessitatis, tunc illi statur, qualemcumque exitum habeat, dummodo sit vtiliter cæptum: at si alienatio fiat ex causa vtilitatis, tunc non sufficit fuisse vtiliter cæptum, sed requiritur ecclesiam effici locupletiorem. *dec.* 65. *n.* 4. *& dec.* 178. *nu.* 9. *par.* 2. *diuers. & dec.* 659. *n.* 8. *par.* 2. *recen. & dec.* 319. *nu.* 9. *par.* 4. *to.* 2. *& dec.* 252. *num.* 23. *par.* 7. *recen. & in Papien. bener. p. Iulij.* 1579. *coram Lancellotto, de qua Rube. in suis singular. de alien. rer. Eccles. obseru.* 8. §. 10.

19 Sufficit tamen ab initio vtilitas putatiua ad effectum sustinendi contractum, vt non dicatur nullus, sed ob læsionem datur Ecclesiæ in integrum restitutio. *Coccin. dec.* 445. *nu.* 5.

20 Intellige, quando ab initio ad fuisset causa primaria vtilitatis, & sic casus à iure permissus, propter quem contrahentes fuissent moti ad faciendam concessionem, puta quia bona fuissent sterilia, vel essent sterulæ, quia licet non vtiliter postea in pretio contraxissent, tamen contractus tenet; sed Ecclesiæ per restitutionem in integrum succurritur: secus si non adfuisset d. causa primaria vtilitatis, quia tunc contractus est nullus. *Rot. dec.* 181. *nu.* 1. 2. *par.* 1. *diuers.*

21 Item intellige vt procedat, quando est seruata forma à iure requisita, tunc enim statur vtilitati putatiuæ, aliàs secus. *dec. ead. nu.* 3. *infi.*

22 No. Tertio quod tam causa necessitatis quam vtilitatis debet respicere ipsam Ecclesiam, non autem titularem, quia alienatio reperitur prohibita fa-

23 uore Ecclesiæ, non autem clericorum. *dec.* 318. *nu.* 16. *& seqq. par.* 5. *rec. & decis.* 275. *nu.* 4. 5. *par.* 10.

Propterea, cum solutio æris alieni pro extinguenda pensione contracti spectet ad beneficiatum, prout ad eum spectat pensionis solutio ex fructibus facienda, non potest præbere iustam

24 causam alienandi proprietatem bonorum Ecclesiæ, vt dictum fuit *in d. decis.* 275. *nu.* 2. 3. *par.* 10. *recen. per ea quæ habentur dec.* 5. *nu.* 3. *& dec.* 94. *n.* 64. *par.* 7. *recen.*

25 Postremo no. quod si alienatio fiat ex causa necessitatis æris alieni, probanda est versio pretij in eam causam, ob quam fuit facta alienatio. *Seraph. dec.* 338. *nu.* 7. *& post Cenc. de cens. dec.* 36. *nu.* 12. Sed de hoc infra cap. 26.

## In cognoscenda vtilitate vel damno quæ veniant ponderanda, & de quo tempore vtilitas consideretur.

### C A P. XVII.

*Ad materiam Gl. in Auth. perpetua, verbo, sextam partem, & ibi DD. C. de sacros. eccles. & in cap. ad aures, verbo, tunc, de rebus eccles. non alien. las. cons. 54. nu. 5. lib. 1. Paris. cons. 24. nu. 7. & seqq. lib. 4. Guidopap. dec. 157. Surd. dec. 155. n. 5. Redoan. de rebus Eccles. non alien. q. 19. nu. 60. & à nu. 137. ad nu. 145. Gratia. discept. 45. nu. 9. & seqq. Ricc. in Prax. rerum for. Eccles. dec. 10. & collect. 46. vers. & ratio vtilitatis. par. 1. Boss. de alien. bonor. eccles. num. 101. & seq. & num. 108. & seqq.*

### S V M M A R I V M.

1 *In vtilitate, seu læsione consideranda totus contractus, & non singulæ partes sunt accipiendæ.*

2 *In vtilitate cognoscenda valor rei attenditur, & non fructuum.*

3 *Vtilitas vbi ex fructibus est metienda, habenda est ratio fructuum, prout verè res reddit, non autem in rationem quinque pro centenario: & quare. n. 4.*

5 *In vtilitate concessionis in perpetuum dignoscenda habenda est ratio diminutionis sextæ partis, quæ in locatione aut emphyteusi perpetua fit.*

6 *De valore bonorum vbi agitur, inspiciendum est, an directum dominium sit penes ecclesiam, quia aliàs eius æstimatio est deducenda.*

7 *Alienatio vt dicatur vtilis vel damnosa, habenda est ratio etiam eorum, quæ possunt contingere in diminutionem valoris, & fructuum.*

8 *In vtilitate locationis perpetuæ ponderanda habenda est ratio diminutionis sextæ partis pensionis, & pactorum in concessione appositorum.*

*Declara vt nu. 9.*

10 *Melioramenta non considerantur ad effectum deducendi vtilitatem ecclesiæ, quando sunt remansura penes hæredes meliorantis.*

11 *In vtilitate alienationis metienda non inspicitur status rei de tempore calamitoso, sed tempore regulari, & ordinario.*

*Declara vt nu. 12.*

13 *Vtilitas seu damnum considerantur de tempore alienationis.*

14 *Alienatio, vt dicatur damnosa, non est habenda ratio ad melioramenta per conductorem facta, sed ad rei valorem antequam esset meliorata.*

15 *Locatio non dicitur vtilis, quia facta fuerit maiori pretio quam in præcedentibus locationibus, si tempore vltimæ locationis res pluris locari poterat.*

16 *Locatio facta minori pretio quam antea facta fuerit, non dicitur damnosa, si de euidenti causa mutationis appareat.*

17 *Tempus conclusi contractus, an confectæ scripturæ attendatur ad cognoscendum, an subesset vtilitas vel necessitas, vbi contractus requirit scripturam.*

18 *Vtilitas seu damnum deducitur etiam ex commodo, & incommodo vicinitatis seu distantiæ bonorum alienatorum.*



1 IN hoc articulo infrascriptas regulas statuo, & Prima sit. Ad effectum vt contractus dicatur vtilis ecclesiæ seu læsiuus, totus considerandus est, non autem singulæ partes per se accipiendæ. *Coccin. dec. 370. nu. 2. & dec.*

445. *in princ.*

2 Secunda in cognoscenda vtilitate valor rei attenditur, & non fructuum; propterea si ecclesia habeat Castrum Magni pretij, & nullius vel paruæ vtilitatis, ad cognoscendum an vtilis ecclesiæ fuerit illius alienatio, nec ne, non attenditur reditus ex eo prouueniens, sed verus valor ipsius castri, ita vt si ecclesiæ detur res maioris fructus, & minoris valoris, alienatio non vtilis censeatur. *Seraph. dec.* 480. *nu.* 7. *Cortin. d. dec.* 445. *nu.* 4. *& recen. par.* 10. *dec.* 536. *nu.* 20. 21. vbi quod habenda est ratio iurisdictionis annexæ, & non fructus pecuniarij tantùm, *vt in dec.* 94. *nu.* 56. 57. 58. *par.* 7. *recen.*

Non tamen tollitur, quin data recompensa res minus vtilis vendi possit, vt ematur res maioris vtilitatis, & quę vberiorem fructum reddat. *Seraph. d. dec.* 480. *num.* 6. 7. *repetita in prima par. diuers. in ordine dec.* 651.

3 Quod si vtilitas ex fructuum collatione esset deducenda, tunc habenda esset ratio fructuum, prout verè res reddit, quia hoc respectu colligitur vtilitas sufficiens. *d. dec.* 651. *nu.* 4. *par.* 1. *diuers.* Et ideo si res fuit data in recompensam ecclesiæ, & conuentum vt aquæ emerentur ex quibus terræ factæ sint vberiores, in considerandа vtilitate habenda est ratio non tam valoris rei consignatæ ecclesiæ, & pretij erogati in emptione aquarum, quam redituum prouenientium ex emptione ipsarum aquarum non habito respectu ad illud quod communiter reditus bonorum solent ęstimati ad rationem quinque pro centenario: nã hoc magis introductum
4 fuit ad cognoscendum pretium rerum, quam ad taxandos reditus, & absurdum esset velle taxare non secundum rei veritatem, sed secundum opinionem. *dec. ead. nu.* 1. 2. *& in fi.*

5 Tertia regula. In dignoscenda vtilitate locationis rei ecclesiæ in perpetuum, siue emphyteusis perpetuæ habenda est ratio diminutionis sextæ partis, quæ in tali locatione siue emphyteusi perpetua fit in compensationem periculi sterilitatis, & alterius casus fortuiti qui ad ipsum conductorem spectat *dec.* 720. *n.* 6. 7. *par.* 1. *diuers.* vbi quod ideo in emphyteusi perpetua fit diminutio sextæ partis pensionis ab initio, quia non fit remissio pensionis propter sterilitatem: *& dec.* 78. *nu.* 5. *par.* 2. *diuers. & dec.* 684. *nu.* 4. *par.* 2. *recen. Seraph. dec.* 1125. *nu.* 4.

6 Quarta. In considerando valore bonorum inspiciendum est, an ecclesia habeat directum dominium, si enim non reperitur pęnes ecclesiam, illius ratio habenda est, & æstimatio deducenda. *Seraph. dec.* 792. *nu.* 6. *in fi.*

7 Quinta. Vt alienatio dicatur vtilis vel damnosa, habenda est ratio etiam eorum quæ possunt verisimiliter contingere in diminutionem valoris, & fructuum ipsius rei. *d. dec.* 720. *nu.* 10. *par.* 1. *diuers.* vbi quod vicinitas fluminis, & damna a facinorosis hominibus inferri solita sunt qualitates quæ diminuunt iustum rei valorem, cum reddant difficiliorem ipsius vsum: *& d. dec.* 684. *nu.* 7. *par.* 2. *recen.* vbi pariter de bonis inundationibus aquarum, atque inuasionibus hostium obnoxijs propter Turcarum vicinitatem.

8 Sexta. In ponderanda vtilitate locationis in perpetuum factæ habenda est ratio non solum diminutionis sextæ partis pensionis quæ semper fit in locatione perpetua, vt superius est dictum, sed etiam pactorum de meliorando, & quod melioramenta finita linea ad ecclesiam deuoluantur: item habenda ratio pecuniæ, si qua soluitur pro iucundo introitu, quæ etiam pars pretij dicitur: item si conductor casuum fortuitorum periculum in se susceperit; ideo si alienatio in perpetuum, aut cum pactis prædictis facta fuerit pro eodem canone, pro quo facta erat prior alienatio ad tempus, & sine talibus pactis, non dicitur damnosa, sed vtilis *ad. d. dec.* 78. *nu.* 5. *par.* 2. *diuers. cum supra alleg. nu.* 5. *& dec.* 241. *num.* 24. *& dec.* 261. *nu.* 9. *& dec.* 284. *num.* 9. *par.* 4. *to.* 2. *recen.*

*recen. Gregor. XV. dec. 343. nu. 3. & ibi Add. nu. 7. Manti. dec.* 101. *nu.* 1.

9 Declara conclusionem vt procedat, quando prædicta preponderant læsioni & damno, secus quando habita ratione etiam sextæ partis, aut aliorum pactorum, nulla adest ecclesiæ vtilitas, vel euidens est damnum, quia tunc non habentur in consideratione. *Seraph. dec.* 413. *nu.* 3. *vers. tamen præsupposito. & dec.* 1490. *nu.* 5. *& par.* 4. *tom.* 2. *recen. d. dec.* 241. *nu.* 26. *& dec.* 261. *nu.* 13. *& seqq. & dec.* 284. *nu.* 3. 7.

10 Præterea melioramenta non considerantur, quando sunt remansura penes hæredes meliorantis. *dec.* 720. *nu.* 8. 9. *par.* 1. *diuers.* vbi quod ædificia constructa aut reparata in fundo emphyteutico non probant vtilitatem concessionis, quando concessio fuit facta in perpetuum, & pro quibuscumque hæredibus, & cum pacto affrancandi, quia cum talia ędificia remansura sint penes emphyteutam, & illius successores, nulla ex illis vtilitas prouenit ecclesiæ.

11 Septima regula. In metienda vtilitate non inspicitur status rei de tempore calaminoso, sed requiritur causa perpetua, & attenditur communis cursus, non autem tempus sterilitatis vndecumque prouenientis. *Seraph. dec.* 792. *num.* 5. *in fi. & dec.* 1073. *num.* 4. *Manti. d. dec.* 101. *num.* 4. *Merlin. dec.* 710. *nu.* 10. *& par.* 2. *diuers.* vbi quod valor rei attenditur de tempore contractus regulari, & ordinario, non autem irregulari, & extraordinario, quale fuerat tempus excidij Vrbis, & pestis.

12 Declara id procedere, vbi alienatio fit habito respectu ad tempus pręsentis calamitatis, & sic pro pensione aut pretio longe minori, quam solitum esset percipi ante sterilitatis aut belli calamitates: secus quando fuit habita consideratio illius pensionis, quæ percipi consueuerit ante tempus calamitosum. *Seraph. d. dec.* 1073. *num.* 4. *Manti. d. dec.* 101. *nu.* 4. *& par.* 2. *diuers. d. dec.* 78. *nu.* 4.

13 Octaua. Vtilitas seu damnum considerantur de tempore alienationis. *Cæsar de Graff. de rebus ecclesi. non alien. dec.* 3. *nu.* 12. *Seraph. dec.* 366. *nu.* 1. 2. *vers. & ideo. & dec.* 1125. *nu.* 5. *& dec.* 1307. *nu.* 6. *Pen. dec.* 693. *nu.* 5. *Caualer. dec.* 288. *nu.* 5. *Merlin. dec.* 219. *nu.* 14. *Millin. dec.* 119. *num.* 9. vbi quod non inspicitur tempus superueniens, quo res alienata melioris vel deterioris conditionis effecta reperitur. *& par.* 2. *recen. dec.* 684. *nu.* 6. vbi quod vt alie-
14 natio dicatur damnosa, non debet haberi ratio ad melioramenta per emphyteusam, seu conductorem facta, sed ad rei valorem, antequam esset meliorata: *& par.* 7. *dec.* 252. *nu.* 22. *& dec.* 229. *num.* 18. *quæ est inter impress. Merlin. dec.* 710.

Hinc quia res fuit locata maiori pretio, quam in præcedentibus locationibus, non inde probatur vtilitas, si tempore vltimæ locationis res pluris locari
15 poterat, quia tempus vltimi, & non primi contractus attenditur. *Cæsar de Graff. de reb. eccles. non alien. dec.* 4. *in princ. & nu* 13. *& per tot. Seraph. dec.* 413. *nu.* 1. *Merlin. dec.* 756. *nu.* 16. *& par.* 4. *to.* 2. *recen. dec.* 319. *nu.* 10.

Similiter, quia res minori pretio locata fuerit, quam in pręcedentibus locationibus, alienatio non dicitur damnosa, si de euidenti causa mutationis
16 appareat, veluti si propter bella bona fuerint deteriorata, quia tempus presens alienationis inspicitur. *Seraph. d. dec.* 1037. *nu.* 5. *& 6.*

17 Sed si versemur in contractu requirente scripturam, cuiusmodi est emphyteusis, an attendatur tempus conclusionis contractus, an confectionis scripturæ, pulcra est quæstio, de qua vide *Seraph. dec.* 607. *per tot;* vbi quod in probando, an de tempore alienationis adessent pecuniæ ad effectum vidend, an subesset necessitas alienandi, siue vtilitas, attendendum est tempus confectę scripturæ, perfectio enim talis contractus tunc datur, cum in scripturam redigitur.

18 Nona, & vltima regula. Vtilitas seu dam-

dammum deducituretiam excommodo, & incommodo vicinitatis seu distantiæ bonorum alienatorum. *dec. 720. in fi. par. 2. & dec. 211. num. 5. & dec. 212. num. 12. par. 4. diuers.* vbi quod ex hac commoditate, & incommoditate augetur, & minuitur pretium ad effectum inducendi, & tollendi læsionem, nec solus valor fructuum attenditur; Vnde, etsi ex pretio recepto ex venditione terrarum vicinarum Monasterio in Ciuitate Florentiæ sito possent emi prædia extra Ciuitatem vberioris fructus, cum tamen in colligendis, & transportandis fructibus multæ essent necessariæ impensæ, quibus non subiacebant bona sita in Ciuitate, respondit Rota dici non posse, quod dicta alienatio in euidentem Monasterij cesserit vtilitatem.

---

## Alienatio vtilis seu damnosa quæ dicatur.

## CAP. XVIII.

*Ad materiam Bar. in Auth. qui rem. nu. 6. & ibi Castr. nu. 7. Cagnol. n. 58. C. de sacros. eccles. idem Bar. in l. à Diuo Pio. §. sed si emptor. nu. 3. & ibi Alex. nu. 6. 8. Ias. nu. 6. 7. ff. de re iudica. Abb. in cap. ad aures. num. 4. & in cap. vt super. n. 11. de reb. eccles. non alien. DD. Communiter in Auth. si quas ruinas. C. de sacros. eccles. Dec. cons. 142. nu. 5. vers. Non obstat successiuè. & cons. 479. num. 9. Ancharan. cons. 136. ad med. Ias. cons. 54. num. 4. lib. 1. Curt. iun. cons. 130. nu. 3. Bero. cons. 88. nu. 26. & seq. lib. 1. Honded. cons. 51. nu. 59. & seq. lib. 1. Rol. cons. 15. nu. 47. 51. lib. 1. Rebuff. de alien. rer. eccles. nu. 34. Redoan. de reb. eccles. non alien. q. 20. à nu. 50. & q. 22. nu. 22. & seqq. Catheran. dec. 99. nu. 32. Boss. de alien. bonor. eccles. nu. 110. & seqq. & nu. 118. & seq. & nu. 141. & seq.*

### SVMMARIVM.

1 *Vtilitas euidens ecclesiæ colligitur ex augumento canonis. Declara vt n. 2.*
*Item si ecclesia fuit reædificata à conductore. nu. 3.*
*Item si concessio facta sit pro maiori summa, quam in licitatione reperta. num. 4.*
*Item si ex reditibus appareat, quod ecclesia meliorem fecerit suam conditionem. num. 5.*
*Declara vt nu. 6.*
7 *Census impositio pro extinctione alterius census, pro quo maior fructus soluebatur, vtilis dicitur.*
*Secus si imponatur census pro extinctione alterius census omnino similis. n. 8.*
9 *Vtilitas alienationis colligitur ex pactis in ea appositis.*
10 *Vtilis alienatio dicitur, si pactum sit appositum, vt melioramenta remaneant penes ecclesiam. Declara vt nu. 11.*
12 *Vtilis non dicitur alienatio obfacta melioramenta à conductore, si ea apud hæredes conductoris sunt remansura.*
13 *Vtilis dicitur relocatio facta, vt discedatur à lite.*
14 *Vtilis dicitur transactio facta super re dubia, etiam non probata vtilitate. Limita vt nu. 15.*
16 *Vtilis dicitur census impositio facta pro sustinendis litis impensis.*
17 *Vtilis dicitur concessio facta causa meritorum.*
18 *Meritorum causa facta concessio quando vtilis dicatur.*
19 *Merita aliunde probari debent, quam ex assertione alienantis. Declara vt num. 21.*
20 *Merita considerantur respectu ecclesiæ, non respectu personæ concedentis.*
22 *Damnosa seu non vtilis dicitur alienatio,*

tio, vbi ecclesiæ non datur plus, quam sit solita percipere.
Vel vbi sit noua concessio minori pensione ea qua antea soluebatur. nu. 23.
Vel vbi ecclesia plus percipere potuisset alteri locando. nu. 24. Vel penes se retinendo. nu. 25.
Vel vbi ecclesia tantum recipit, quantum dimittit. nu. 26.
27 Damnosa dicitur alienatio, vbi ecclesia dimittit bona propria habita fide de pretio.
Amplia vt nu. 28. & 29.
Declara, & subdeclara vt nu. 30. 31.
32 Alienatio dicitur non vtilis, si fiat tempore calamitoso.
Amplia vt nu. 33.
Limita vt nu. 34.
35 Alienatio dicitur non vtilis, si pacta præiudicialia ecclesiæ apponantur.
36 Alienatio quando non dicatur vtilis ex promissione meliorandi. Item nu. 37.
38 Alienatio non dicitur vtilis, si res in perpetuum alienetur pro tertia parte minus quam concedebatur ad tempus; maximè vbi transfertur iurisdictio. nu. 39.
40 Iurisdictionalia æstimantur ad rationem duorum cum dimidio: allodialia verò ad rationem quinque pro centenario.
41 Damnosa quando dicatur alienatio ex concessione facultatis francandi.
42 Damnosa dicitur concessio facta pro hæredibus, & successoribus in perpetuum, nulla reseruata cognitione aut præstatione ad fauorem ecclesiæ.
Item si alteretur solitum in præiudicium ecclesiæ, aut res concedatur cum deterioribus conditionibus quam antea fuerit concessa, vel posset de nouo concedi. nu. 43.
Item si bona pro quibus laudemium considerabile soluebatur, concessa fuerint ad plures generationes pro eodem reditu. nu. 44.
45 Causa iusta alienandi non dicitur ex quo domus sit ruinosa, si parua impensa reparari potest.
46 Causa iusta alienandi non dicitur solutio annuorum debitorum.
47 Causa iusta alienandi an censeatur potentia aduersarij occupantis bona ecclesiæ.

1 Vtilitas euidens ecclesiæ in noua concessione colligitur ex augumento canonis. dec. 221. nu. 5. par. 4. diuers. Mellin. dec. 119. n. 1. Quando tamen
2 augumentum correspondet præiuditio, quod aliàs ex concessione posset inferri ecclesiæ. Merlin. dec. 887. nu. 21.
3 Et multò magis si præter augumentum canonis ecclesia fuerit à conductore reædificata. Mellin. d. dec. 119. n. 1.
4 Item si concessio facta fuerit pro maiori summa, quam fit in licitatione repertum. Gregor. XV. dec. 343. n. 2.
5 Item si ex fructibus, & reditibus apparet, quod ecclesia meliorem fecerit suam conditionem. Pen. dec. 695. n. 2.
6 Sed ad hunc effectum habenda est ratio redituum, prout re vera est reditus, nam absurdum esset taxare non secundum rei veritatem, sed secundum opinionem. Seraph. dec. 480. nu. 4. 8. vbi infert, non esse taxandos reditus bonorum ad rationem quinque pro centenario, sed iuxta rei veritatem. cum supra not. in cap. præcedenti nu. 34.
7 Hinc vtilis dicitur census impositio pro extinctione alterius census, pro quo maior soluebatur fructuum quantitas, & ecclesia magis grauabatur. Seraph. dec. 1109 nu. 1.
8 Et è conuerso impositio census, vt extinguatur alter census omnino similis, non dicitur facta ex causa vtilitatis. dec. 27. nu. 9. post tract. Cenc. de cens.
9 Item colligitur vtilitas ex pactis, & conditionibus in alienatione appositis. in Lauden. bonorum. 8. Iunij 1588. coram Giptio, vbi etiam, quod si attenta rei veritate vtilitas probetur, non officit quod testes de proprio iuditio deponant, prout, & in vna Burgen. resolutum. Refert Abb. in cons. 41. lib. 1. & Rubed. tit. de alien. rerum ecclesi. obseru. 8. §. 11.

*cum not. in cap. præcedenti, nu.* 8. 9.

10 Hinc si pactum fuerit appositum, vt melioramenta remaneant pænes ecclesiam, alienatio vtilis dicitur, quia tale pactum pars pretij reputatur, cum alias melioramenta finita generatione essent per ecclesiam hęredibus etiam extraneis restituenda. *dec.* 208 *nu.* 1. 2. *& dec.* 312. *n* 2. 3. *par.* 2. *diuers. Seraph. dec.* 485. *nu.* 3.

11 Quod tamen est intelligendum, vbi melioramenta sint ęquiualentia, & in actis probata. *d. dec.* 312. *nu.* 4. *par.* 2. *diuers. & Seraph. dec.* 1490. *nu.* 7. *in fi.* vbi quod locatio domus pro scutis sex cum obligatione erogandi scutos 100. in melioramentis vtilis non fuerat non obstante dicto pacto, ex quo domus erat solita locari scutis 40., vnde detracta sexta parte ecclesia adhuc remanebat in damno.

12 Sed si melioramenta sint remansura pænes hęredes meliorantis, alienatio non potest vtilis dici ex eo, quod bona ecclesiæ fuerint meliorata *ad not. in cap. præcedenti nu.* 10. *& dec.* 720. *n.* 8. *par.* 1. *diuers.* vbi de concessione facta in perpetuum, & pro quibuscumque hęredibus, & cum pacto affrancandi, *& dec.* 47. *nu.* 4. *par.* 4. *recen.*

13 Rursum vtilis dicitur concessio facta, vt discedatur à lite. *dec.* 398. *nu.* 5. *par.* 1. *diuers. repetita in* 2. *par. diuers. in ordine dec.* 312. *& apud Cæsar. de Graff. tit. de reb. eccles. non alien. dec.* 5.

Prout transactio facta super re dubia propter dubium litis euentum, & in
14 odium litium vtilis dicitur, etiam non probata vtilitate. *dec.* 625. *nu.* 6. *par.* 1. *recen & dec.* 319. *nu.* 17. *par.* 4. *tom.* 2.
Quod tamen limitatur, si super re cla-
15 ra, vel super re diuersa transactio fiat. *d. dec.* 319. *nu.* 18. *par.* 4. *to.* 2 *rec.*

16 Item ex causa necessaria, & consequenter vtilis dicitur alienatio facta pro sustinendis litis impensis. *Seraph. d. dec.* 1109. *n.* 2. vbi de impositione cēsus.

17 Pariter vtilis dicitur concessio ex causa meritorum facta, nam per hoc imitantur homines ad benefaciendum ecclesiæ. *dec.* 243. *num.* 3. *par.* 7. *recen. quæ est inter impress. Merlin. dec.* 756.

18 Declara, dummodo merita, & beneficia in Ecclesiam collata sint æquiualentia, & commensurata ad concessionem, ita vt ecclesia illorum respectu non obstante concessione remaneat in lucro; nec enim sufficit, si merita sint colorata, & in occasionem sumpta, sed debent esse vrgentia, & insignia, adeo vt aliqui auctores existimauerint, si beneficia non præstent ius aliquod agendi, & benefitiarum nedum ex antidorali obligatione, sed etiam ciuili, vel saltem iudicis officio compellant ad remunerandum, concessionem remanere liberalem, & gratuitam donationem, non autem propriè remuneratoriam; quæ opinio, vbi agitur de concessione facta per ecclesiam, in qua semper requiritur euidens vtilitas, videtur multum rationabilis. Itaque Prælatus tunc poterit remunerare, quando habeat tantumdem: alias conclusio illa, vt Pręlatus ob benemerita possit concedere, vel alterare concessionem, in puncto iuris est periculosa. *Merlin. d. decis.* 756. *nu.* 4. *& seqq.*

19 Item declara, vt procedat, dummodo merita probentur aliter quam ex attestatione alienantis, & dummodo me-
20 rita sint ratione obsequiorum præstitorum ecclesię cuius bona alienantur, non autem ratione seruitij præstiti ipsi concedenti. *Seraph. d. dec.* 1490. *nu.* 10. *& recen. par.* 3. *dec.* 591. *nu.* 10. *& par.* 4. *dec.* 47. *nu* 5. *& par.* 10. *dec.* 200. *n.* 18.

21 Subdeclara, vt probatio meritorum sit necessaria inter personas prohibitas donare, & alienare, secus in alijs. *d. dec.* 200. *nu.* 19. *par.* 10. vbi de concessione decimarum facta per Episcopum Polonum Canonico suæ ecclesiæ causa meritorum, quæ de Regni immemorabili consuetudine est permissa cum consensu Capituli absque beneplacito Apostolico.

22 Econtra alienatio dicitur non vtilis, vbi ecclesiæ non datur plus, quam sit

solita

solita percipere. *dec. 36. nu. 14. & dec. 94. nu. 55. par. 7. recen.*

23 Vel vbi fit noua concessio minori pensione seu canone quam ecclesia perciperet de tempore ipsius nouæ concessionis. *Pen. dec.* 287. *nu.* 3. *& dec.* 302. *nu.* 1. *& recen. par.* 4. *to.* 2. *dec.* 241. *n.* 23. *& dec.* 284. *nu.* 3. *& par.* 7. *d. dec.* 243. *nu.* 16.

24 Vel vbi ecclesia pluris locare, & maiorem vtilitatem percipere potuisset. *Cæsar de Graff. dec.* 4. *num.* 7. 8. *de reb. eccles. non alien. Seraph. dec.* 413. *nu.* 2. *& par.* 1. *diuers. dec.* 360. *nu.* 5. *& par.* 7. *recen. dec.* 186. *nu.* 7. *& d. dec.* 243. *nu.* 16.

25 Vel vbi ecclesia plus percipere poterat bona retinendo, quam ea locando. *dec.* 261. *nu.* 8. *par.* 4. *to.* 2. *recen.*

26 Vel vbi ecclesia recipit tantum, quantum dimittit. *dec.* 430 *nu.* 6. *par.* 2. *recen. & dec.* 336. *nu.* 19. *par.* 10.

27 Vel vbi dimittit bona propria habita fide de pretio, nam talis alienatio dicitur sine causa, & damnosa, & non transfert dominium. *dec.* 96. *nu.* 1. 3. *par.* 2. *rec. & dec.* 295. *n.* 8. *par.* 5. *Gregor. XV. dec.* 113. *nu.* 6. 7.

28 Amplia etiam in permutatione, quoniam permutatio est emptioni similis: & ideo alienatio, seu permutatio, in qua ecclesia suum dimittit habita fide de pretio seu re sibi consignanda, pro qua interim annuum quid sibi soluatur, dicitur damnosa, quia vtilius est ecclesiæ incumbere rei, quam actioni. *d. dec.* 96. *nu.* 1. *par.* 2. *recen. & dec.* 430. *n.* 4. *ead. par.* 2. *Caualer. dec.* 288. *nu.* 7.

29 Amplia, etiamsi interuenerit beneplacitum Apostolicum, quia beneplacitum non supplet defectum causæ. *d. dec.* 96. *nu.* 3. *par.* 2. *recen. quæ est inter impress. Gregor. XV. dec.* 113.

30 Declara tamen, vt licet res ecclesiæ vendi non possint habita fide de pretio ad effectum translationis dominij, contractus nihilominus sit validus in substantia, & ex illo competat efficax actio. *Gregor. XV. d. dec.* 113. *nu.* 7. *& par.* 5. *recen. dec.* 350. *num.* 14. vbi quod est communis, & recepta conclusio.

31 Subdeclara, vt procedat, quando fuit in literis Apostolicis concessa simpliciter licentia alienãdi absq; clausula. si in euidentem: vel quando ab initio fuit seruata forma rescripti, si in euidentem, & perfecta iam venditione fuit ex interuallo habita fides de pretio: vel denique vt procedat etiam non seruata forma rescripti, sed tamen ad fauorem ecclesiæ, non autem emptorum, ita vt ecclesiæ tantùm competat actio. *d. dec.* 350. *nu.* 15. *par.* 5. *recen.*

32 Pariter alienatio dicitur non vtilis, si fiat de tempore sterilitatis aut belli, quia de tempore calamitoso non potest fieri alienatio, quæ sit vtilis ecclesiæ. *Manti. dec.* 101. *n.* 4. *& in Romana Casalis Turricella* 10. *Martij* 1578. *coram Cantuccio, & in Papien. bonorum* 1. *Iulij.* 1579. *coram Lancelloto seniore, relatis per Rube. in suis singular. de alien. rer. eccles. obseru.* 8. §. 3. *nu* 4. vbi quod non potest esse vtilis alienatio facta tempore pestis, inundationis, aut belli, & apud *Merlin. dec* 887. *nu.* 14. 15. vbi, quod non debet stabiliri pretium bonorum attento tempore calamitoso.

33 Amplia, etiamsi cessasset calamitas de tempore alienationis, sed duraret effectus inde causatus, hoc est vtilitas pretij rerum. *dec.* 78. *num.* 1. *par.* 2. *diuers.*

34 Limita, si sit habita ratio etiam temporis præcedentis calamitatem, vt in *d. Romana Casalis Turricella, de qua Rube. d.* §. 3: *nu.* 6.

35 Item dicitur non vtilis alienatio, si pacta præiudicialia ecclesię inserantur in instrumento concessionis, quia huiusmodi pacta, & onera considerantur tamquam pars pretij, & valorem rei augent vel minuunt. *dec.* 34. *nu.* 11. *par.* 1. *& dec.* 94. *nu.* 69. *par.* 7. *recen.*

36 Ex eo autem quod conductor promisit facere melioramenta, non dicitur vtilis alienatio, si stipulatus fuerit, pretium suis hæredibus restitui, & interim se illis frui debere. *Duran dec.* 250. *n.* 5. Vel si melioramenta sunt remansu-

38 ta pęnes illius hæredes *ad supra not. num.* 12.

38 Item dicitur non vtilis alienatio, si res in perpetuum alienetur pro tertia parte minus, quam concedebatur ad tempus, veluti si erat solita locari ad tempus pro Sc. 120. & in locatione perpetua concedatur pro 80. Maxime

39 vbi in alienatione perpetua transferatur etiam iurisdictio: valde enim consideratur præminentia dominationis. *d. dec.* 94. *n.* 53. 58. *par.* 7. *recen.* Nec detractio sextę partis, quę fit in alienationibus perpetuis, potest resarcire iacturam prouenientem ex qualitate bonorum iurisdictionalium, quę in medietate consistit: cum iurisdictionalia

40 æstimentur ad rationem duorum cum dimidio, allodialia vero ad rationem quinque pro centenario. *d. dec.* 94. *nu.* 67 *& seq. par.* 7. *recen.*

41 Item damnosa dicitur alienatio, si concedatur facultas francandi, & eueniente casu francationis non assignetur ecclesiæ tale quod ascendat ad sextam partem, quod tamen est faciendū iuxta opinionem quam seruat Rota quod pactum de redimendo æstimetur in sexta parte. *Merlin. dec.* 887. *nu.* 6.

42 Item dicitur euidēter damnosa alienatio, si bona fuerint laico libere, & in perpetuum concessa pro hæredibus, & successoribus, nulla reseruata cognitione aut præstatione ad fauorem ipsius ecclesiæ, quia cum tali casu bona fiant transitoria ad quoscumque etiam extraneos, cessat omnis spes, quod aliquando ad ecclesiam redire possint. *dec.* 47. *nu.* 3. 4. *par.* 4. *recen.* vbi de concessione in feudum.

43 Item si alteretur solitum in præiuditium ecclesiæ, & res concedatur cum deterioribus conditionibus, quam antea fuit concessa, vel posset denouo concedi. *dec.* 243. *nu.* 16. *par.* 7. *recen.*

44 Item si bona pretiosa, pro quibus laudemium considerabile soluebatur, concessa fuerint ad plures generationes absque vllo canonis augumento, & pro eodem reditu. *d. dec.* 36. *num.* 14. *par.* 7. *recent.*

45 Postremò nō dicitur iusta causa alienandi, quia domus sit ruinosa, quando cum parua impensa reparari poterat. *Seraph. dec.* 1490. *nu.* 9. *& par.* 1. *diuers. dec.* 720. *num.* 9. vbi quod *Auth. si quas ruinas, C. de sacros. eccles.* non procedit, quando ecclesia potest reædificare, veluti si possit incidere arbores existentes in prędijs alienatis, assumere arenam, & lapides ex flumine vicino, destruere ædificia ruinosa, eorumq; ruderibus, & cementis vti, & colonos pro parte ad reparationem, & ędificationem obligare.

46 Prout non dicitur legitima causa alienationis solutio annuorum debitorum, in quorum satisfactionem annui reditus sunt eroganda, non autem alienanda substantia bonorum. *Merlin. dec.* 775. *nu.* 6. *& seqq.* vbi quod aliter ecclesia breui tempore ad inopiam redigeretur. *Faciunt supra not. cap.* 16. *in fi.*

47 An autem potentia aduersarij occupantis bona ecclesiæ, & cum quo dura lis per plures annos pro recuperatione gesta fuerit, sit iusta causa alienandi, dubitauit *Rot. in dec.* 336. *nu.* 23. *par.* 10. *recen. per ea quæ habentur in decis.* 596. *nu.* 3. *par.* 4. *diuers.* vbi quod potentia partis non est causa sufficiens, ob quam bona ecclesiæ indefensa relinqui, & in perpetuum alienari debeant. Et in hanc sententiam videtur inclinasse, quotiescumque non constat, quod aliter ecclesię consuli non potuerit, *vt sub nu.* 22.

Et retenta hac opinione superius tradita *cap.* 15. *nu.* 69. de alienatione permissa etiam sine beneplacito Apostolico, quando bona sunt difficilis recuperationis, procederent, præsupposita iusta causa alienandi, videlicet quod aliter ecclesiæ indemnitati consuli non posset.



Causa,

## Causa, sine illius defectus an, & quomodo probari debeat.

### C A P. XIX.

*Materia tex. in cap. 1. vbi DD. de rebus eccles. non alien. in 6.: & de qua Ancharan. in Clem. 1. tit. eod. vers. Quarto nota. Prapos. in cap. Non liceat Papæ 12. q. 2. Guido Pap. dec. 151. Dec. cons. 142. n. 4. Redoan. de rebus eccles. non alien. q. 20. nu. 65. & nu. 130. Rebuff. de alien. rerum eccles. nu. 9. vers. & de his causis, & nu. 75. Paris. cons. 36. nu. 11. vol. 4. Rol. cons. 15. nu. 17. & seqq. vol. 1. Mascard. de probat. concl. 75. nu. 16. & seqq. Boss. de alien. bonor. eccles. nu. 73. Garz. de benef. par. 1. cap. 5. nu. 325. & seqq.*

### S V M M A R I V M.

1 *Causa alienationis, si Papæ fuit narrata in literis confirmationis desuper obtentæ, censetur ab eo approbata, nec indiget alia approbatione.*
*Declara vt nu. 2.*
3 *Vtilitas non probatur assertione alienantium.*
4 *Necessitas non probatur assertione alienantium.*
5 *Assertioni Episcopi non statur circa causam.*
6 *Executoribus nō creditur circa causam. Declara vt nu. 7.*
8 *Assertioni actum gerentis circa causam non statur in actibus sine causa fieri prohibitis.*
9 *Causa alienationis in specie, & non in genere exprimi debet.*
10 *De vtilitate constare non potest, nisi specificentur bona quæ alienantur.*
11 *Vtilitas, seu læsio probanda est pracisè de tempore alienationis.*
12 *Causæ defectus probatur ex lectura ipsius instrumenti.*
13 *Vtilitatis defectus probatur eo ipso quod constat alienationem fuisse damnosam.*
14 *Item ex instrumentis locationum anteriorum.*

1 
Causæ alienationis si Papæ narratæ fuerint in literis confirmationis desuper obtentæ, videntur ab eo approbatæ, ac vlteriori approbatione non indigent. *dec. 275. nu. 17. par. 10. recen.*

2 Declara, vt procedat, quando Papa in literis confirmationis asseruit, adesse causam necessitatis seu vtilitatis: secus, quando Papa rescripsit conditionaliter, dummodo alienatio pro euidenti necessitate, & minori damno facta fuerit, ac in euidentem beneficij cesserit, & cedat vtilitatem: quia tunc noluit causas expressas approbare, sed illarum approbationem executoribus sub dicta conditione remittere. *d. dec. 275. num. 18. par. 10. recen. Caualer. dec. 288. n. 6.*

3 Cæterum circa causam vtilitatis non statur assertioni alienantium. *dec. 181. nu. 3. par. 1. & dec. 597. num. 2. par. 4. diuers. & dec. 261. num. 6. & dec. 319. nu. 8 par. 4 to. 2. recen. & dec 94. nu. 44. par. 7. quæ est inter impress. Merlin. dec. 702. & dec. 27. nu. 4 & dec. 28. nu. 5. post tract. Cenc. de cens. cum pluribus adduct. in dec. 336. n. 22. par. 10. recen.*

4 Similiter neque circa causam necessariam alienandi. *dec. 300. nu. 3. vers. Rursus. par. 4. diuers. & d dec. 261. nu. 6. par. 4. to. 2. recen. & dec. 275. nu. 10. par. 10. & post tract. Cenc. de cens. dec. 36. nu 9.*

5 Et quod circa causā non statur assertioni Episcopi. *Caualer. dec. 439. nu. 6. Emin. Otthobon. dec. 6. nu. 13.*

6 Et quod non statur assertioni executorum, latè in dicta *dec. 94. nu. 44 par. 7. recen. & d. dec. 275. nu. 11. par. 10. Caualer. dec. 215. n. 4. Merlin. dec 857. nu. 23. & post Cenc. de cens. d. dec. 36. num. 9.*

Quod

7 Quod tamen est intelligendum, quando commissum fuit executori, vt seruato iuris ordine procedat, *d. dec. 94. nu. 44. par. 7. rec. & d. dec. 275. nu. 11. par. 10. & in Leodien. pratensi cens. 29. Ianuar. 1596. coram Orano, & in Auersana Tenimenti. 24. Nou. 1581. coram Cantuccio, quas refert Rube. in suis singular. de alien rer. eccles. obseru.* 8. §. 4. Secus, si illi simpliciter commissum esset, vt se extraiudicialiter informaret: tunc enim circa iustitiam causæ Commissario crederetur, *vt in d. dec. 36 nu. 10. post Cenc. de cens. & in Mantuana bonorum. 28. Ianuar. 1656. §. Replicatio autem. coram Reuerendissimo Cerro Decano.*

8 Ratio principalis conclusionis est, quia versamur in materia prohibita: & in actibus sine causa fieri prohibitis non statur assertioni actum gerentis circa ipsam causam. *d. dec. 300. nu. 3. par. 4. diuers & dec. 318. nu. 3. par. 5. recen. cum supra not. cap. 13. nu. 1. & per tot. & cap. 15. nu. 47.*

9 Causa autem alienationis in specie, & non in genere exprimi debet. *d. dec. 318. nu. 4. 13. par. 5. recen*

10 Sicuti specificari etiam debent bona quę alienantur, alias de vtilitate constare non potest, cum iuditium circa manifesta, non autem circa incognita atque occulta feratur. *dec. 624. nu. 3. par. 1. recen.*

11 Item vtilitas, seu læsio probanda est prçcisè de tempore alienationis *ex not. supra cap. 17. nu. 13. & seq.*

Ideo testes percutientes non tempus alienationis, sed tempus præcedens decem annos alienationem, non probare vtilitatem, dictum fuit *in dec. 319. nu. 11. par. 4. to. 2. recen.*

12 Defectus autem causæ probatur ex lectura ipsius instrumenti. *dec. 596. nu. 2. par. 4. diuers*

13 Item defectus vtilitatis probatur eo ipso quod constat, alienationem fuisse damnosam. *dec. 181. in princ. & dec. 607. nu. 1. par. 1. diuers. & dec. 103. nu. 5. par. 8. recen.* Cuius exempla plura retulimus in precedenti *cap. à nu. 22.*

14 Item vtilitatis defectus, & damnum ecclesiæ probatur ex instrumentis locationum anteriorum; nam licet talia instrumenta non probent verum valorem bonorum, sufficiunt tamen ad probandam non vtilitatem, quia vtilitas quæ debet esse clara, ex huiusmodi probatione redditur turbida, quod sufficit ad hunc effectum. *dec. 65. nu. 24. par. 2. & dec. 725. nu. 2. par. 4. diuers. & d. dec. 94. nu. 53. par. 7. recen. & dec. 275. nu. 12. 13. par. 10. Duran. dec. 250. n. 3. 4. cum adduct. per Add. ad Buratt. dec. 253. nu. 21.*

---

## Alienatio quando in vtilitatem seu damnum ecclesiæ facta præsumatur.

## CAP. XX.

*Videatur Bal. in cap. 1. nu. 6. de his qui feud. dare poss. Dec. cons. 142. nu. 5. vers. Non obstat quod ex solemnitate alienationis. Paris. cons. 24. nu. 5. 6. lib. 4. Couar. var. resol. lib. 2. cap. 17. n. 2. 3. Redoan. de rebus eccles. non alien. q. 20. nu. 128. & q. 44. nu. 20. & num. 37. Guido pap. dec. 152. Giurb. dec. 106. nu. 13. Mascard. de probat. concl. 75. nu. 17. Menoch. in Addit. ad cas. 172. num. 23. & seq. Boss. de alien. bon. eccles. nu. 69. & seqq. Ricc. in prax. rer. quotidianar. for. eccles. resol. 160.*

### SVMMARIVM.

1 *Alienatio solemniter facta præsumitur vtilis.*

2 *Alienatio vtilis præsumitur, si à Papa fuit confirmata, vel ab executore; & hoc casu ecclesia ad illius rescissionem agere*

*agere nequit, nisi doceas de non vtilitate. nu. 3.*

*Limita, si appareat, Commissarium processisse non seruata forma suæ commissionis. nu. 4.*

*Vel si constat de non vtilitate. nu. 5.*

6 *Vtilitas præsumitur ex lapsu 30. annorum cum obseruantia, quia ex his præsumitur confirmatio Apostolica, & consequenter vtilitas.*

7 *Præsumptio vna ex alia oritur, quando venit in consequentiam.*

8 *Vtilitas præsumitur ex lapsu 30. annorum, qui tamen sint completi vsque ad vltimam horam.*

9 *Tempus 30. annorum ad effectum præsumendi beneplacitum, & vtilitatem ecclesiæ calculatur, subducto tempore vitæ Prælati aut Rectoris alienantis.*

10 *Ecclesia censetur vacare toto tempore vitæ eius Prælati, qui suæ ecclesiæ non fuit legitimus defensor.*

11 *Tempora eorum qui alienarunt subducuntur ad effectum inducendæ præscriptionis, non autem præsumptionis beneplaciti Apostolici.*

*Contrarium tenuit successiuè Rota. num. 12.*

*Sed Moderna Rota adhuc amplexa est primam distinctionem. nu. 13.*

14 *Beneplacitum Apostolicum, & vtilitas præsumuntur ex lapsu 30. annorum, dempto tempore moræ litis.*

15 *Beneplacitum præsumitur ex lapsu 30. annorum concurrente obseruantia.*

16 *Obseruantia ad effectum præsumendi beneplaciti debet esse continuata per totum spatium 30. annorum.*

*Et debet esse realis, & certa, non autem præsumpta nu. 17.*

18 *Obseruantia ex actu æquiuoco non infertur.*

19 *Confirmatio alienationis præsumitur ex cursu temporis, quatenus titulus inualidus non fuerit exhibitus.*

20 *Titulo inualido exhibito præscriptio allegari nequit.*

21 *Præscriptio non currit stante mala fide, quæ deducitur ex non obseruatione Constitutionum Apostolicarum.*

22 *Præsumptio beneplaciti Apostolici ex lapsu 30. annorum cum obseruantia hodie cessat propter Vrbanam Constitutionem.*

*Limita vt nu. 23.*

24 *Alienatio facta in consanguineos damnosa præsumitur.*

*Limita. num. 25.*

26 *Alienatio in consanguineos dolosa censetur, si Prælatus meliorem conditionem ab alio oblatam omisit, & consanguineis concessit.*

*Item si totum fere patrimonium beneficij alienauis. num. 27.*

*Item si reditus promissi pro re in emphiteusim concessa non ascendant ad quinque pro centenario, vel ad reditum bonorum cohærentium. 28.*

29 *Fraudis suspicio ex alienatione facta in consanguineos ex quibus cesses. item. num. 30.*

31 *Vtilitatis præsumptio in alienatione excluditur ex mala conditione ipsius alienantis.*

1  Lienatio solemniter facta præsumitur vtilis, & qui læsionem allegat, probare debet. *dec. 625. nu. 5. par. 1. recen.*

2 Sic alienatio à Papa confirmata vtilis præsumitur. *Seraph. dec. 443. nu. 7. Coccin. dec. 370. num. 1. & par. 1. recen. dec. 34. nu. 10.*

Similiter si executor, cui concessionis factæ confirmatio commissa fuit, illam confirmauit, & approbauit, concessio præsumitur vtilis, ita vt ecclesia ad illius rescissionem agere non possit, nisi

3 doceat de non vtilitate. *Seraph. dec. 338. n. 1. & dec. 401. n. 2. & dec. 1073. nu. 1. & dec. 1125. nu. 1. 2. Duran. dec. 250. nu. 7. Millin. dec. 119. nu. 3. Add. ad Gregor. XV. dec. 343. nu. 6. & par. 1. diuers. dec. 479. nu. 1. & par. 2. recen. dec. 654. nu. 1. & par. 7. dec. 94. n. 10. 11. & par. 10. dec. 151. num. 22. cum allegatis per Rubeum in suis singular. de alien. rerum eccles. obseruat. 8. S. 4. nu. 1.*

4 Limita, si appareat, Commissarium pro-



processisse non seruata forma suæ commissionis, tunc enim non intrat talis præsumptio, sed qui contraxit cum ecclesia tenetur probare vtilitatem. *Duran. d. dec. 250. nu. 8.* Vel si constet de non vtilitate, quia pro executoribus præsumitur in dubio. *Add. ad Gregor. XV. d. dec. 343. num. 6. cum supra not. cap. 11.*

6 Rursus alienatio presumitur vtilis, si tempus 30. annorũ lapsum fuerit cum obseruantia subsecuta, quia hęc inducunt præsumptionem, vt alienatio fuerit à Pontifice confirmata, & consequenter vtilis, etenim beneplacitum Apostolicũ facit presumi vtilitatem, & iustam causam. *Seraph. dec. 1073. nu. 2. 6. & dec. 1125. nu. 3. & dec. 1307. num. 7. Coccin. dec. 370. nu. 1. Manti. dec. 101. nu. 2. Add. ad Gregor. XV. d. decis. 343. nu. 5. & par. 1. recen. dec. 34 nu. 10. & dec. 201. nu. 3. vers. vltra quod, & par. 2. dec. 684. nu. 1. vers. maxime vero, & n. 8. par. 7. dec. 94. n. 9. & post Canc. de cens. dec. 28. nu. 6.*

Nec obstat, quod licet ex causa longissimi temporis solemnitas præsumatur, ex hac tamen præsumpta solemnitate videtur oriri non posse alia præsumptio euidentis vtilitatis; Siquidem vna præsumptio ex alia oritur, quando venit in consequentiam. Ideo si alienatio

7 præsumitur solemniter confirmata, necessario sequitur vt etiam vtilis intelligatur. *Manti. d. dec. 101. num. 3. cum alijs adduct. per Add. ad dec. 12. nu. 5. par. 3. recen. & Rot. dec. 256. num. 5. 6. par. 8.*

Quod tamen dictũ est, ex lapsu temporis præsumi confirmationem alienationis, procedit primo in lapsu 30. annorum qui sint completi, & quidem vsq;

8 ad vltimam horam, & momentum. *dec. 103. nu. 7. par. 8. recen. & dec. 114. n. 11. par. 9 to. 1 cum adduct. per Add. ad Gregor. XV. dec. 354. num. 18. & supra not. cap. 14.*

9 Secundo procedit in lapsu 30. annorum subducto tempore vitæ Prælati, aut Rectoris alienantis. Nam quemadmodum Prælatus aut Rector fuit in culpa male alienando, ita de eo suspicari licet, vt potius suum contractum, & proprium interesse, quam suam ecclesiam tueri voluerit, & labi tempus permiserit, iacturam bonorum Christi socorditer lugendo, prout in terminis alienationis factę in consanguineos respondit. *Rot. dec. 94. nu. 14. & seqq. par. 7. recen., inter impress. Merlin. dec. 702.* vbi etiam, quod ecclesia censetur vaca-

10 re toto tempore vitæ eius Prælati, qui dereliquit suam ecclesiam, & non fuit eius legitimus defensor, *& dec. 73. nu. 21. & dec. 103. nu. 8. par. 8. & dec. 27. n. 19. par. 9. to. 1. recen. & dec. 336. num. 29. par. 10 cum alys adductis per Add. ad dec. 12. nu. 11. & seqq. par. 3.*

Et licet aliàs Rota distinxerit, vt ad

11 effectum præscriptionis inducendæ tempora eorum, qui alienarunt, subducantur, secus vero ad effectum præsumendi beneplacitum Apostolicum, solemnitatem, ac vtilitatem alienationis, vt apud *Seraph. dec. 1027. num. 13. & dec. 1085. nu. 5. & in Oscen. seu Barbasten. pensionis. post Marchesan. de commiss. relata per Add. ad Gregor. XV. dec. 354. nu. 19.*

12 Attamen successiuè tenuit Rota, tempus obseruantiæ indistinctè sumendum esse ex vita illius Prelati seu Rectoris, qui cœpit Ledi ex alienatione facta per Prædecessorem, siue de præscriptione, siue de præsumptione inducenda agatur, *vt in d. dec. 103. num. 8. par. 8. & dec. 27. nu. 19. & dec. 114. nu. 12. 13. par. 9. to. 1. rec.* Et decisiones in contrarium relatas declarauit, esse intelligendas, quando alienatio apparet bona fide facta, vt in casu *Seraph. decis. 1027.* vbi alienatio facta fuerat per Papam: secus vbi apparet suspecta de fraude vt in supra relata *dec. 103. nu. 11. par. 8. recen.* Cui congruere videtur *Coccin. dec. 445. num. 8.* vbi quod tempus antecessoris subducitur, quando alienatio fuit male facta ab initio, secus quando alienatio fuit bene facta, quia interuenit beneplacitum Apostolicum.

Sed

Sed profectò Coccini decisio loquitur in terminis præscriptionis, firmat enim non esse deducendum tempus antecessoris alienantis ad effectum probandæ quadragenariæ, quæ aduersus Ecclesiam completa fuerat; & in iisdem terminis loquitur *dec. 27. nu. 19 par. 9.*
13 *to. 1. rec. Et in Romana domus seu Palatij 18. Iunij. 1657. coram R.P.D. Albergato* iterum videtur processisse cum distinctione *Seraph. de qua supra; & in decis. 57. num. 20 & seqq par. 7. recen.* licet ibi contrarium teneat, quia non agebatur de sola præsumptione cum ex cursu temporis præsumi deberet titulus concessionis, qui non potuisset aquiri possessori, nisi in vim præscriptionis; vnde nō videtur adhuc pedem figere contra eandem distinctionem.

14 Tertio procedit in Lapsu 30. anno. rum dempto tempore motæ litis. *d. dec. 193. num. 9 part. 8. & dec. 114. num. 10. par. 9. to. 1. recen.*

15 Quarto procedit concurrente obseruantia, secus ea deficiente, quia ex solo cursu temporis beneplacitum non præsumitur. *dec. 176. nu. 45. par. 5 recen. cum supra not. cap. 14. nu. 5.*

16 Et obseruantia ad hunc effectum debet esse continuata per totum d. spatium 30 annorum. *Add. ad Gregor. XV. d. dec. 354. nu. 17.*

17 At de ea constare oportet certitudinaliter, non autem præsumptiuè, quia alias resultarent ex eodem cursu temporis duæ præsumptiones, obseruantiæ scilicet, & confirmationis *dec. 706. nu. 10. in fi. par. 3. recen. Seraph. dec. 1042. nu. 4. cum adduct. per Add. ad Gregor. XV. d. dec. 354. nu. 18. & supra not. d. cap. 14. nu. 5.*

18 Et quod ex actu æquiuoco ad obseruantiam non bene infertur, veluti si obseruantia pacti in inuestitura appositi deducatur ex possessione, quæ ex alia antiqua inuestitura possit prouenire. *dec. 176. nu. 48. par. 5. recen. & dec. 39. nu. 24. par. 8. & dec. 165. n. 16. & 17. par. 10.* Vbi quod ad effectum præsumendi beneplacitum Apostolicum ex obseruantia concessionis probanda est obseruantia indiuidualiter in pacto alterante priores inuestituras, nec sufficit probare obseruantiam circa vnum ex contentis in gratia.

19 Quinto procedit, quatenus titulus inualidus non fuerit exhibitus. *Seraph. dec. 235. num. 4. cum supra not. cap. 14. n. 16. & per Vrsell. concl. leg. 85. n. 156.*
Et quod nulla obseruantia est considerabilis, si ex inspectione concessionum, & iuribus in actis exhibitis euidenter appareat de nullitate tituli, quia tunc cessat præsumptus validus ex cursu temporis. *Merlin. dec. 887. nu. 27. cum pluribus adduct. per Add. ad dec. 12. nu. 24. par. 3. recen.*

20 Et quod titulo inualido exhibito nec aliqua præscriptio allegari potest quæ alienationem tueatur, tum ob decretum irritans in *Extrauag. Ambitiosæ*; appositum, quod inficit quemcumq; titulum, & obseruantiam in contrariam; tum ob
21 defectum bonæ fidei sine qua non procedit præscriptio, qui defectus deducitur ex non obseruatione Constitutionum Apostolicarum. *Merlin. d. dec. 887 n. 28. 29. cum allegatis per Add. ad d. dec. 12. nu. 26. & seqq. par. 3. recen.*

22 Postremò declara, vt prædicta de beneplacito Apostolico, & vtilitate ex cursu temporis cum obseruantia præsumptis procederent ante Constitutionem per Sa. me. Vrbanum VIII. editam sub die 5. Iunij. 1641. de qua *Add. ad d. dec. 12. nu 30. & seqq* vel etiam ho-
23 die procedant, vbi dicta Vrbana Constitutio non fuit vsu recepta, vt ex Rota ipsa supra annotauimus *d. cap. 14.* vbi plura ad materiam habes.

24 Damnosa autem, & potius in fraudem quam vtilitatem ecclesiæ alienatio facta præsumitur, si Prælatus in consanguineos alienauerit. *dec. 270. nu. 1. & dec. 760. num. 16. par. 1. diuers.* vbi quod est communis Doctorum opinio, *& dec. 65. nu. 18. par. 2. diuers. & dec. 430. nu. 7. par. 2. recen. & dec. 171. nu. 4. par. 4. to. 2. & dec. 94. nu. 16. par. 7. quæ est inter impress. Merlin. dec. 702. &* dec.

*dec. 73. num. 11. par. 8. recen. Cæsar de Graff. de reb. eccles. non alien. dec. 4. nu. 24. cum adduct. per Add. ad Gregor XV. dec. 356. num. 9. & post tract. Cenc. de cens. dec. 36. nu. 11.*

Et quod talis alienatio iuribus non bene olet, & legitur prohibita in Auth. quibuscumque modis. *C. de sacros. eccles. notatur in dec. 18. n. 5. par. 2. diuers. & per Add. ad dec. 12. nu. 21. par. 3. recen. & d. dec. 73. nu. 8. par. 8. recen.*

Ratio prohibitionis est, quia ob carnis vinculum contra personam alienantis præsumitur. Quod si cesset hæc præ-
25 sumptio, quia alienatio facta fuerit cũ omnibus solemnitatibus, & in consanguineos bonæ conditionis, & famæ, & sine præiuditio ecclesiæ, tunc absque dubio Prælatus æquè in consanguineos, ac in extraneos potest alienare. *Seraph. dec. 1125. nu. 6. Gregor. XV. dec. 356. nu. 3. & ibi Add. num. 9. Cæsar de Graff. dec 4 nu. 23. de reb. eccles. non alien.* vbi ampliat, siue res sit solita, siue non solita alienari, *Millin. dec. 119. num. 7. & par. 2. diuers. d. dec. 18. nu. 6.*

26 At si Prælatus prætermittit contractum ecclesiæ vtiliorem, & sanguinis illecebris allectus meliorem conditionem ab alio oblatam respuit, immemor officij quod gerit, tutoris rerum ecclesiæ, dolus in eo negari nequit. *dec. 94. nu. 62. & seq. par. 7. recen.*

27 Similiter fraudolenta arguitur alienatio facta à Rectore in consanguineos, si de toto fere patrimonio beneficij facta fuerit. *d. dec. 73. nu. 14. & dec. 103. nu. 18. par. 8. recen.*

28 Item si reditus qui fuerunt promissi pro re in emphyteusim concessa non ascendant saltem ad quinque pro centenario, vel ad reditum, quo bona cohærentia locari solent. *dec. ead. n. 15. 16.*

29 At longi temporis cursus purgat suspicionem, quæ aliàs oriri posset ex alienatione facta in consanguineos, & facit vt alienatio ecclesiæ vtilis præsumatur. *Gregor. d. dec. 356. nu. 4.*

30 Item cessat fraudis suspicio, si in rescripto si in euidentem expressum fuit vt alienatio fieret in cõsanguineos, & executor alienationem confirmauit. *Seraph. dec. 1125. n. 1. & 6.* vbi etiam quod ex hac sola suspicione non rescinditur alienatio. *Add. ad Gregor. d. dec. 356. nu. 9.*

31 Quod si ex actis liqueat, Prælatum tamquam hominem minus frugi, & bonorum ecclesiæ dissipatorem Prælatura fuisse primatum, vtilitatis præsumptio omnis remouetur. *dec. 36. nu. 10. in fi. post tract. Cenc. de cens. Conferunt tradita in Leodien. pecuniaria. 22. Iunij. 1657. §. concurrit etiam. R. P. D. Benilaqua, & in alia Leodien. præsenti census. 29. Ianuar. 1596. relata per Rube. in suis singular. de alien. rer. eccles. obseru. 8. §. 4 in fi.*

---

## An, & quando læsio per ecclesiam, siue vtilitas per eum qui cum ecclesia contraxit, probari debeat.

## CAP. XXI.

*Ad materiam Couar. var. resol. lib. 2. cap. 17. nu. 2. Redoan. de reb. eccles. non alien q. 20. nu. 158. & seqq. & q. 78. nu. 2. 11. 12. Mascard. de probat. concl. 1279. nu. 5. Menoch. in Addit. ad cas. 172. nu. 26. Ricc. in prax. rerum for. eccles. dec. 8. per tot. Boss. de alien. bonor. eccles. nu. 71. & seq.*

### SVMMARIVM.

1 *Vtilitas probanda est per eum qui cum ecclesia contraxit. Declara vt nu. 3.*
2 *Ecclesiæ allleganti læsionem incumbit onus probandi.*
*Declara, vt nu. 4.*
5 *Ecclesia potest petere restitutionem in integrum, & ad hunc effectum docere debet de læsione, etiamsi alienatio solemniter facta fuerit.*

*6 La-*

6 *Læsione probata alienatio est nulla non obstante confirmatione Apostolica.*

7 *Confirmatio Apostolica, licet suppleat defectum formæ, non tamen supplet defectum causæ.*

8 *Causæ defectus reddit nullam interpositionem decreti super alienatione.*

9 *Vtilitas in transactione an sit probanda per eum qui cum ecclesia transegit.*

1 Tilitatem probandam esse per eum qui cum ecclesia contraxit, habetur *in dec. 463. num. 1. vers. Quorum saltem. par. 1. diuers. & dec. 319. nu. 8. par. 4. to. 2. recen. & apud Seraph. dec. 413. nu. 2.*

2 At ecclesiæ allegantí læsionem incumbere onus probandi, dictum fuit *in dec. 78. nu. 3. par. 2. diuers. & decis. 201. nu. 3. par. 1. recen. & dec. 684. n. 2. part. 2.*

3 Quæ quidem ita sunt intelligenda, vt prima conclusio procedat, quando alienatio caret solemnitate, nec adest confirmatio Apostolica, aut Iudicis commissarij: tunc enim vtilitas est probanda per eum, in quem fuit facta alienatio, cum ex instrumento ab omni solemnitate nudo contractus in vtilitatem ecclesiæ celebratus non præsumatur, nisi aliud per ipsum probetur, vt ex *Alex. cons. 160. nu. 5. vol. 6. respondit Rota d. dec. 463. par. 1. diuers.* quę iuxta doctrinam allegatam debet intelligi, & declarauit in *d. dec. 319. num. 13. 14. 15. 16. par. 4. to. 2. recen. & apud Duran. dec. 250. nu. 2.* Et in his terminis procedit *dec. 607. nu. 1. d. par. 1. diuers.* vbi de conductore, qui ab ecclesia reconduxerat absque assensu Apostolico, nec docebat de vtilitate tempore reconductionis, prout requirit Paulina Constitutio: *Item dec. 103. nu. 4. par. 8. recen.*, in cuius casu neque beneplacitum Apostolicum fuerat obtentum, neque aderat præsumptum ex cursu temporis.

Et idem est, si executor confirmauit alienationem, sed processit non seruata forma suæ commissionis, tunc enim qui contraxit cum ecclesia, vtilitatem probare debet. *Duran. d. dec. 250. n. 8.*

4 At quando alienatio fuit facta cum debitis solemnitatibus, vel per Papam, aut sententiam iudicis cõmissarij confirmata, tunc onus probandi læsionem incumbit ecclesiæ, & reus ac possessor releuatur ab onere probandi vtilitatem, quia alienatio taliter facta præsumitur vtilis, donec contrarium probetur, *Seraph. dec. 443. num. 7. & decis. 1073. nu. 10. 11. & dec. 1125. num. 1. Coccin. dec. 370. nu. 1. Duran. d. decis. 250. nu. 7. Millin. dec. 119. num. 4. & par. 2. diuers. d. dec. 78. nu. 3. & recen. par. 1. dec. 34. n. 10 & par. 2. dec. 684. nu. 1. 2. & par. 4. tom. 2. dec. 319. nu. 14. & in Bononien. Parochialis. 20. Iunij: 1586. coram Orano, de qua Rubeus in suis singular. de alien. rerum eccles. obseru. 8. §. 16.*

5 Verùm, licet alienatio fuerit facta cum debitis solemnitatibus, hoc non tollit, quin ecclesia ad effectum obtinendæ restitutionis in integrum possit probare læsionem, seu non vtilitatem contractus. *Seraph. dec. 508. n. 1.*

6 Et probata lęsione alienatio erit nulla non obstante confirmatione Apostolica: nam effectus confirmationis, (qui est vt pręsumatur vtilitas) corruit per contrarias probationes læsionis. *decis. 181. nu. 1. 4. par. 1. diuers.*

6 Et licet confirmatio Apostolica suppleat defectum formæ, non tamen supplet defectum causæ. *dec. 178. nu. 2. par. 2. diuers. cum supra not. cap. 9. nu. 19. 21.*

8 Immò defectus causæ reddit nullam interpositionem decreti super alienatione. *d. dec. 178. nu. 3. par. 2. diuers. quæ est inter impress. Seraph. dec. 508.*

Quid autem in transactione? Num erit probanda vtilitas per eum qui cum ecclesia transegit, si transactio sine so-
9 lemnitatibus facta fuerit? Validam planè esse transactionem propter dubium litis euentum etiam non probata vtili-

tate ecclesiæ videtur sensisse. *Rota in decis. 582. nu. 1. in fi. vers. minus obstat par. 1. diuers. & d. decis. 319. num. 17. par. 4. tom. 2. recen.*, Licèt contrarium in casu dictarum decisionum senserit, quia transactio facta fuerat super re clara, & non dubia, seu super re diuersa, & de qua non erat controuersia.

---

## Alienatio, quando ipso iure nulla dicatur, vel habeat implicitum statum validitatis.

### C A P. XXII.

*Videantur Innoc. Hostien. & communiter scribentes in cap. 1. 2. 3. extra. de his quæ fiunt à Præla. Idem Hostien. in cap. fi. Ne Sede vacante. Redoan. de rebus ecclef. non alien. q. 46. per tot. & q. 51 cap. 7. nu. 20. & seqq. Garz. de benef par. 2. cap. 1. nu. 74. & seqq. Guidopap. dec. 159. nu. 2. Vincen. de Franch. dec. 35. nu. 4. 5. Gonzalez. ad reg. 8. Cancel. Glos. 56. à nu. 90. Menoch. de arbitr. in addit. ad cas. 172. n. 62. Ricc. in prax. rerum for. eccles. dec. 7. n. 5. vers. Ita quod ipsa volente. Gratia. discept. for. cap. 202. nu. 22. & seqq. Boss. de alien. bon. eccles. nu. 496. & seqq.*

### *SVMMARIVM.*

1 *Solemnitatum defectus reddit ipso iure nullam alienationem.*

2 *Causa defectus nō reddit ipso iure nullam alienationem sed contractus est annullandus.*

3 *Alienatio cum legitima causa, & solemnitatibus de iure requisitis facta, sed sine beneplacito Apostolico, habet implicitum statum validitatis ecclesia non reclamante.*

4 *Ecclesia fauore contractus claudicat: si enim alienatio est ei vtilis, potest ecclesia contractum ratificare etiam inuito altero contrahente; si vero sit ei damnosa, potest contractum impugnare. Id autem Laico non licet. nu. 6.*

5 *Ecclesia alienans sine solemnitatibus non transfert dominium, neque possessionem, secus si Laicus alienet, & tradat ecclesia.*

7 *Ecclesia approbante alienationem inualidam, adhuc potest habere locum pæna quoad Prælatum alienantem, de qua in* Extrauagan. *Ambitiosa de rebus eccles. non alien.*

8 *Ecclesia non potest partem contractus approbare, & partem improbare.*

9 *Ecclesia si non impugnet contractum quando est in implicito statu validitatis, sed alium contractum ineat, ex quo primi approbatio resultet, non potest postea opponere inualiditatem primi contractus ex defectu solemnitatum.*

10 *Beneplacito in alienatione reseruato, & postea impetratis literis, si in euidentem, sed nondum executis, neque ecclesia, neque cum ea contrahenti licet à contractu recedere.*

11 *Pænitere cur liceat in obligationibus seu promissionibus contractis sub conditione dispensationis, seu confirmationis Apostolicæ ante dispensationem, seu beneplacitum obtentum, secus verò in materia alienationis rerum ecclesia.*

1 Lienatio sine solemnitatibus est ipso iure nulla. *Seraph. dec. 278. nu. 1. & dec. 14. nu. 1. par. 1. diuers. vbi Rota sequitur opinionem Abb. in cap. si quis præsbiterorum. nu. 4. de rebus eccles. non alien.*

2 Defectus autem causæ non reddit ipso iure nullam alienationem, dum forma seruata fuit, sed contractus est annullandus; vt latè discusso articulo fit.

firmat. *Rota in decis. 2. n. 9. per tot vers. alij tamen de reb. eccles. non alien. in antiquior.*

Et licet in *dec. 94. nu. 73. par. 7. recen.* dictum fuerit, cessante vtilitate contractum esse ipso iure nullum non obstante beneplacito, & illius executione, attamen id est intelligendum iuxta doctrinam ibi allegatam, nempe decisionem. *Seraphin.* 508., vbi habetur, auctoritatem Papæ non supplere defectum causæ, imo defectum causæ reddere nullam interpositionem decreti super alienatione: ita vt *in d. dec. 94.* id Rota intellexisse videatur, quod beneplacitum Apostolicum, & illius executio non sanet nullitatem ex defectu causæ prouenientem, sed contractus remaneat nullus, non autem quod contractus deficiente causa sit ipso iure nullus.

Et in effectu prædictam opinionem, quod scilicet seruatis solemnitatibus contractus ex defectu causę non sit ipso iure nullus, tenuit etiam moderna Rota *apud Coccin. dec. 445. nu. 9.* vbi quod stante solemnitate contractus est validus, sed ex capite læsionis competit ecclesiæ in integrum restitutio.

3 Quid autem si alienatio cum legitima causa, & solemnitatibus de iure requisitis facta fuerit, sed deficiat beneplacitum Apostolicum?

Respondit Rota passim, quod habet implicitum statum validitatis ecclesia non reclamante. *Coccin. decis. 374. nu. 7. Millin. decis.* 235. *nu.* 3. *Merlin. decis. 255. nu. 4. & decis. 219. nu. 5. & par. 4. tom. 3. recen. decis. 673. nu. 4. & par. 5. tom. 2. decis. 603. nu. 46. & par. 6. decis. 82. nu. 11. & par. 7. decis. 119. nu. 26.*, vbi quod procedit non obstante decreto irritanti in *Extrauagan.* Pauli II. apposito, quod inficit contractum, & *decis. 107. nu. 13. par. 8. recent.*

Ratio est, quia in alienatione rerum ecclesię non est de substantia contractus, vt beneplacitum præcedat contractum, aut interponatur de tempore contractus, sed sufficit, vt ex post interueniat: Ideo alienatio vsque de tempore contractus dicitur habere implicitum statum validitatis, quia ad illud tempus beneplacitum quodcumque postea obtentum retrotrahitur. *Duran. dec. 397. à nu. 9. Manti. dec. 201. n. 7.*

Aliam rationem affert *Manti. d. decis. 201. nu. 1.* & est, quia cum venditio rei ecclesię facta sine solemnitate à iure requisita eius fauore nullius sit momenti, si venditio sit vtilis ecclesiæ, & ecclesia velit eam ratam habere, non debet licere emptori ab ea recedere, ne quod ecclesiæ fauore inductum est, in eius læsionem conuertatur.

4 Hinc sequitur, fauore ecclesiæ contractum claudicare, nam solemnitatum, seu beneplaciti defectus ab ea solùm opponi potest: vnde vigore huius priuilegij, si alienatio sibi sit vtilis, potest in ea persistere, & contractum ratificare inuito altero cōtrahente; qui verò cum ea contraxit, non potest pœnitere, & dicere contractum nullum ex defectu beneplaciti, & solemnitatum. *Crescen. de loca. dec. 1. Pute. decis. 302. lib. 1 & decis. 343. nu. 3. lib. 2. in correct. Seraph. decis. 256. nu. 2. & decis. 278. num. 1. Manti. d. decis. 201. nu. 2. vers. diuersum est. Merlin. d. decis. 255. num. 7. & decis. 764. nu. 11. & post Pacif. de Salnian. decis. 34. nu. 4. & par. 2. diuers. decis. 133. nu. 11. & par 3. lib. 3. decis. 261. alias 262. num. 7. & 9. & recen. par. 5. decis. 179. nu. 5. & seq. & decis. 318. nu. 39. & 40. & decis. 350. n. 18. & 23. & par. 7. decis. 94. nu. 65. & par. 8. decis. 39. nu. 56.*

5 Et licet, quando ecclesia alienat sine solemnitatibus, neque dominium; neq; possessio transferatur, quia ecclesia ad instar pupilli non potest desinere rem suam habere, vel possidere saltem animo: secus tamen est, quando Laicus alienat, vel tradit, quia in eo non consideratur illa inhabilitas: & ideo, si ecclesia emit, & velit persistere in alienatione, potest inuito altero contrahente, quia contractus in eius fauorem est validus,

lidus, & in eam ab initio fuit translatum dominium; at si ecclesia vendit sine solemnitatibus, potest contractum
6 impugnare, & non habet Laicus idem priuilegium persistendi in alienatione inuita ecclesia, quia neque possessio, neque dominium per contractum minus solemnem fuit in eum translatum. *Merlin. d. decis.* 255. *nu.* 5. *& seqq.*

7 Adde aliud notabile fauore ecclesiæ, quod nempe, si approbet alienationem inualidam, adhuc pœna, de qua in *Extrauagan. Ambitiosa. de rebus eccles. non alien.*, potest habere locum quoad Prælatum alienantem: quod constitutum est, vt Prelati ab alienationibus sine legitima causa, & solemnitatibus requisitis magis abstineant. *Mant. d. decis.* 201. *nu.* 5. 6.

8 Postremò notandum, quod licet ecclesia possit pænitere, vel in alienatione persistere, prout sibi magis expedit, non potest tamen partem cōtractus approbare, & partem improbare, cum contractus approbatione sit indiuiduus. *decis.* 278. *par.* 2. *diuers. quæ est inter impress. Seraph. decis.* 540. *nu.* 5. *& in Placentina decimarum.* 2. *Iunij* 1586. *coram Bubalo.*

9 Item notandum, quod si ecclesia nullitatem opponere poterat, & non opposuit, sed alium contractum inijt, ex quo primi approbatio resultat, non potest deinde opponere primi contractus nullitatem ad effectum ostendendi damnum, & non vtilitatem secundi. *dec.* 29. *nu.* 4. 5. *post tract. Cenc. de cens.* vbi cum ecclesia censum imposuisset pro extinctione alterius census, quo magis grauabatur, dictum fuit, non posse opponere nullitatem primi contractus ex defectu solemnitatum post impositionem secundi census: quia cum dicta nullitas haberet locum solùm volente ecclesia, eaque non fuerit declarata, oppositio facta post secundi census impositionem non erat retrotrahenda in præiuditium primi contractus, qui erat in implicito statu validitatis, quando secundus fuit initus.

10 Quid autem si beneplacitum fuit in alienatione reseruatum, & postea impetratæ fuerint literę si in euidentem, sed nondum executæ: num poterit vtraque pars, vel saltem ecclesia ante confirmationem executoris à contractu recedere? Negatiuam partem tenuit *Rota in dec.* 205. *& dec.* 206. *par.* 4. *diuers. cum not. per Add. ad Gregor. dec.* 410. *n.* 8. *ad fi.* Et mota fuit ea ratione, quia quod alienatio cedat, vel non cedat in vtilitatem ecclesiæ, est certum in rerum natura, ideo illius liquidatio non suspendit literarum effectum.

11 Nec obstat quod in obligationibus seu promissionibus contractis sub conditione dispensationis seu confirmationis Apostolicæ pendente conditione, hoc est antè obtentum beneplacitum, seu dispensationem, licet vtrique parti pænitere, & à contractu recedere, vt in concordia super beneficialibus inita, & matrimonio contracto in gradu prohibito exemplificat. *Putc. dec.* 343. *lib.* 1.

Quia hoc procedit speciali ratione in beneficialibus, & matrimonio, quoniam in illis materijs contractus ab initio est ipso iure nullus, cum absque beneplacito Apostolico super beneficialibus transigere non liceat. *Putc. d. dec.* 343. *nu.* 4. & sponsalia inter consanguineos, licet contracta sub conditione futuræ dispensationis, sint nulla propter impedimentum consanguinitatis; vnde, etiamsi superueniat dispensatio seu beneplacitum, opus est nouo consensu, cum contractus numquam habuerit implicitum statum validitatis: nam primus consensus vti semper, & indistinctè reprobatus non suffragatur, & dispensatio non habet ratum quod gestum est, sed tantum contrahendi licentiam impartitur; vbi autem promissio ab initio fuit inualida, & nouus consensus requiritur, licita est pænitentia etiam post beneplacitum, seu dispensationis impetrationem. *Putc. d. dec.* 343. *nu.* 1. 2. *Gregor. XV. dec.* 410. *per tot. & ibi Add. nu.* 8. *Mant. d. dec.* 201. *n.* 2 3. 4. *Duran. dec.* 397. *nu.* 25. 26. 27. *cum adduct.*

*duct. per Vrsell. concl. legal. 85. nu. 245.*

At in materia alienationis rerum ecclesiæ, quoniam ei ius non resistit etiam factæ sine beneplacito Apostolico, immo illa mero iure tenet, si cum legitima causa, & adhibitis solemnitatibus facta fuerit, ideoque habet implicitum statum validitatis, & post obtentum beneplacitum nouo consensu non eget propterea, etiamsi beneplacitum nondum fuerit executum, non solùm Laico non licet, sed neque Ecclesiæ à contractu resilire. *Add. ad Gregor. XV. d. dec. 410. nu. 8. in fi. Duran. d. dec. 397. nu. 28. & seq. cum adduct. per Vrsell. d. concl. 85. n. 246. & seq. & supra not. cap. 12. nu. 9. & seqq.*

## De nullitate alienationis ex defectu potestatis in alienante.

### CAP. XXIII.

*Ad materiam Io. Andr. in cap. pastoralis. de re iudic. Archid. 56. distinct. c. Cenomanensem. Innoc. in cap. Nouit. de his quæ fiunt à Prælat. Felin. in cap. 2. nu. 42. de rescript. Castr. cons. 84. nu. 4. lib. 2. Dec. cons. 142. nu. 8. Ricc. prax. aurea par. 1. resol. 52. nu. 1. 2. Gabr. de iur. quæsito non toll. concl. 5. nu. 6. 7. Afflict. dec. 101. Pyrrhus Corrad. de dispens. lib. 9. cap. 6. nu. 9. Boss. de alien. bonor. eccles. n. 172. & nu. 192.*

### SVMMARIVM.

1 *Alienationis substantialia sunt potestas in alienante, & veritas causæ.*

2 *Alienatio facta per Prælatum sine interuentu aliarum personarum quæ ex statuto Ecclesiæ debebant interuenire, est nulla.*

3 *Alienatio facta contra expressam prohibitionem fundatoris seu statuti Ecclesiæ, est nulla.*

*Amplia, & declara vt nu. 4.*

5 *Alienatio facta à Procuratore absque legitimo mandato non tenet.*

6 *Emphyteusi durante non valet renouatio facta à Prælato in præiudicium successorum.*

7 *Prælatus non potest supplantare successorem eum præueniendo in nominatione officij ad ipsum successorem spectante.*



Postquam diximus de nullitate alienationis ex defectu solemnitatis, & causæ, non ab re erit pauca subijcere de nullitate eiusdem ex defectu potestatis alienandi; nam, & de personis quæ ius alienandi habent, superius egimus, & defectus potestatis
1 in alienante respicit substantialia ipsius alienationis, sicuti & defectus causæ ad *not. in dec. 2. in princ. de confirm. vtil. vel inutil. in nou.*

2 Primo igitur nulla erit alienatio facta per Prælatum sine interuentu certarum personarum, quę ex particulari statuto ecclesiæ debebant interuenire *dec. 340. nu. 4 par. 1. recen.* vbi de alienatione bonorum Collegij facta à Cardinali Protectore absque interuentu aliarum personarum ex statuto eiusdem collegij requisitarum.

3 Secundo erit nulla alienatio facta contra expressam prohibitionem fundatoris, siue statuti ecclesiæ. *d. dec. 430. nu. 2. par. 1. recen. & dec. 103. num. 1. 18. par. 8. & dec. 114. n. 7. par. 9. to. 1.*

4 Amplia, etiamsi accesserit beneplacitum Apostolicum, quia non per hoc sanatur eiusmodi nullitas, nisi prohibitio alienandi in fundatione apposita ipsi Pontifici narrata fuerit. *d. dec. 114. nu. 19. & seqq. par. 9 to. 1. & d. dec. 430. nu. 5. par. 1. recen. & d. dec. 2. de confirm. vtil. vel inutil. in nou.* vbi quod confirmatio Apostolica ex certa scientia non supplet defectum potestatis in alienante, nisi facta fuerit cum causæ cogni-

cognitione, & parte vocata.

5 Tertio erit nulla alienatio facta à Procuratore absque legitimo mandato; in terminis transactionis. *Manti dec.* 91. *nu.* 1. & in terminis concessionis in emphyteusim. *dec.* 204. *nu.* 1. 2. *par.* 4. *diuers.* & *d. dec.* 430. *nu.* 3. *par.* 1 *recen.*

6 Quarto nulla erit concessio, si emphyteusi adhuc durante Prælatus in præiudicium successorum in ecclesia illam renouauerit. *dec.* 165. *nu.* 9. *par.* 10. *recen.* & *dec.* 455. *num.* 11. & *seqq. part.* 4. *tom.* 2. vbi similiter quod Præ-

7 latus non potest supplantare successorem, præueniendo tempus extra iurisdictionem suam, & priuando successorem nominatione Officiorum ad eum spectante.

---

## An, & quando Tertius dare possit de nullitate contractus cum Ecclesia celebrati.

### C A P. XXIV.

*Innoc. & Abb. in cap. p. in princ. de his quæ fiunt à Præla. Imol. in cap. siquis præsbiterorum de reb. eccles. non alien. Dec. in cap. quæ in ecclesiarum de constit. Abb. in cap. diuersis fallacijs nu.* 5. *de cleric. coniug. Felin. in cap. ad nostram. nu.* 13. 14. *de iureiur. Tiraquel. de legib. connub. Gl.* 8. *nu.* 87. 88. *Redoan. de rebus eccles. non alien. q.* 47. *nu.* 1. & *q.* 58. *nu.* 55. *Gratia. discept. forens.* 222. *num.* 25. *Ricc. in prax. rerum for. eccles. dec.* 9 *Boss. de alien. bon. eccles. n.* 496. & *seqq.*

### SVMMARIVM.

1 *Tertius non potest allegare nullitatem contractus ob defectum solemnitatum, sed sola ecclesia.*

2 *Conductor rei ecclesiasticæ ad euitandam solutionem pensionis non potest opponere quod non interfuit consensus superioris.*

3 *Nullitas etiam à tertio allegari potest, quando per consensum partis sanari nequit.*

4 *Item quando ecclesia tertio non contradicit, nu.* 4.

5 *Tertius non censetur, qui habet causam ab Ecclesia, ad effectum opponendi nullitatem contractus.*

6 *Tertius potest allegare nullitatem contractus, qui sit in damnum ecclesiæ: nam hoc est iuditium publicum; & competit actio popularis.*

7 *Ecclesiæ res conseruari omnium interest: & ideo pro rebus ecclesiæ male alienatis competit actio popularis.*

1 Tertius regulariter dare non potest de nullitate contractus ob defectum solemnitatum, sed sola ecclesia, cuius fauore alienatio est nulla. *Seraph. dec.* 278. *nu.* 1. *Buratt. dec.* 937. *nu.* 7. *Caualer. dec* 605. *nu.* 3. & *part.* 2. *diuers. decis.* 133. *nu.* 12.

2 Hinc non posse conductorem rei ecclesiasticæ ad euitandam solutionem pensionis præteritæ opponere, quod non interfuit consensus superioris respondit. *Rot. apud Crescen. dec.* 1. *de loca.*

3 Sed si sit nullitas, quæ per consensum partis sanari nequit, tunc etiam per tertium allegari potest. *Seraph. dec.* 256. *nu.* 3.

4 Similiter, si Prælatus, qui habet principale interresse, tertio non contradicit: secus si approbat contractum, & assistit ei, cum quo contraxit. *Seraph. d. decis.* 256. *nu.* 4. & *recen. par.* 10. *dec.* 219. *nu.* 9.

5 Verùm tertius non censetur, qui habet causam ab ipsa ecclesia, seù Prælato mediante concessione sibi facta, sed nullitatem allegare, & eiusdem ecclesiæ iuribus, & exceptionibus pro sui defensio-

fensione, ac interresse vti potest. *d. dec. 319. nu. 9. par. 10.* vbi etiam quod cessat omnis difficultas, si ipse Prælatus illi assistat, & in causa interueniat.

6 Quid autem si contractus sit in damnum Ecclesiæ, num huiusmodi nullitas à tertio allegari poterit? Dubitatum fuit, sed non resolutum coram *Seraph. d. dec. 278. Sed coram Pute. decis. 431. n. 7. libr. 2. in correct.* dictum fuit, quod pro rebus ecclesiæ malè alienatis omnes possunt agere etiam sine mandato, & etiam non præcedente aliqua negligentia Prælati vel Capituli, & quod res pro male alienata habetur, etiamsi possessio tantum fuerit malè occupata. *Et ita etiam in Oxonen. translationis pensionis. 26. Octobr. 1592. coram Manti. resolutum refert, Boss. de alien. bonor. eccles. nu. 500.* vbi affert rationem, quia hoc est iuditium publicum, & ad res ecclesiæ male alienatas, & in illius damnum competit actio popularis,
7 cum omnium intersit, res ecclesiæ conseruari.

---

## An, & quando ex locatione seu transactione Prælati antecessoris teneatur successor.

## CAP. XXV.

*Materia tex: & Gl. in cap. fi. ne Prælat. vices suas. & cap. 1. de solution. & cap. veniens. vbi Abb. n. 2. & cap. de cætero. de transact., de qua Alex. cons. 160. vol. 6. Rebuff. de alien. rer. eccles. nu. 104. & de decim. q. 13. num. 16. 26. Redoan. de reb. eccles. non alien. q. 57. Conar. var. resol. lib. 2. cap. 15. nu. 6. Manti. de tacit. & ambig. lib. 5. tit. 13. nu. 16. vers. ex his ergo apparet. & tit. 14. nu. 10. versic. & in his locum obtinet. Franc. dec. 35. nu. 7 Surd. dec. 33. per tot. Guttierez. canon. quæst. lib. 1. cap. 36. nu. 14. vers. Nibilominus. Marescot. resol. 18. num. 5. vers. Tertia affertur limitatio lib. 1. Boss. de alien. bonor. eccles. à nu. 360. Gratia. discept 606. per tot. & discept. 674. nu. 16. Ricc. in prax. rerum fori eccles. dec. 41.*

## SVMMARIVM.

1 *Prælatus successor tenetur stare locationi facta per Antecessorem.*
2 *Locatio facta nomine, & in vtilitatem Prælati non obligat successorem, secus autem facta nomine ecclesiæ, & in illius vtilitatem cum solemnitatibus iuris.*
3 *Dominus non tenetur stare locationi facta ab vsufructuario.*
4 *Locatio facta à Prælato nomine proprio est personalis, quæ finitur morte: & quidem ipso iure. nu. 5.*
6 *Prælatus non potest locare nisi ius quod habet ad eius iuram.*
7 *Prælatus successor succedit non in titulum defuncti, sed ex nouo titulo seu iure.*
8 *Locatio facta nomine ecclesiæ, & in illius vtilitatem est realis, & semper durat.*
9 *Locatio facta nomine Prælati non tenet in præiudicium successoris, etiamsi facta fuerit ad legitimum tempus. Et etiamsi pro primo anno conductor anticipate affictum soluisset. nu. 10. Nisi terræ fuerint satæ, & fructus pendentes de proximo colligendi. nu. 11.*
12 *Locatio facta nomine Prælati non tenet in præiudicium successoris, etiamsi successor pensionem per aliquod tempus receperit.*
*Et quæ requirantur ad effectum vt successor recipiendo affictum sibi præiudicet. nu. 13.*
14 *Prælatus habens administrationem locando*

*cando bona Prælaturæ seu Ecclesiæ sua in vtilitatem ipsius Prælaturæ siue ecclesiæ obligat successorem, secus vero præbendarius seu simplex beneficiatus.*

15 *Locatio in dubio personalis præsumitur, & non realis.*

16 *Locatio quod sit personalis ex quibus probetur. Vide etiam nu. 17. 18. 19. 20.*

21 *Laudum super decimis inter Parochum, & Monacos non obligat successorem absque confirmatione Apostolica.*

22 *Concordia non confirmata auctoritate Papæ vel Ordinarij transigentium vitam non excedit.*

23 *Concordia à Sede Apostolica confirmata realis censetur, & ligat etiam successores.*

*Et ad hunc effectum sufficit confirmatio præsumpta ex lapsu 30. annorum cum obseruantia. nu. 24.*

25 *Prælatus successor non potest cogere conductorem ad continuandum in locatione nulla facta per antecessorem.*

1 Licet Prælatus successor
videatur obligatus stare
locationi factæ per ante-
cessorem *per tex: in cap.*
*fi. Ne Prælati vices suas.*
*& in cap. 1. de solut.* Attamen id non
absolutè procedit, sed cum distinctio-
ne: vel enim locatio facta est nomine
2 Prælati, & in illius vtilitatem, & non
obligat successorem: vel facta est nomi-
ne, & in vtilitatem ecclesiæ, seruata de-
bita solemnitate iuris, & successorem
obligat. *Mohedan. de loca. dec. 12. nu. 1.*
*& in nou. dec. 1. tit. eod. Manti. decis.*
*186. nu. 1. 2.* vbi quod si Prælatus lo-
cauit rem ecclesiæ nomine proprio, ita
ut fructus ad ipsum pertineant, non ad
ecclesiam, successor ex eo contractu
non obligatur, sicut nec dominus tene-
3 tur ex locatione vsufructuarij. *Sequitur*
*Rot. post Statil. de Salu. interd. dec. 210.*
*num. 2. & recen. par. 10. dec. 219. num.*
*10. 11.*

4 Et ratio diuersitatis est, quia in pri-
mo casu censetur personalis obligatio,
quæ morte finitur, & quidem ipso iure,
5 vt tenuit *Rot. d. dec. 1. de loca. in nou. &*
*apud Bellamer. dec. 747. in princip. vers.*
*Sed respectu ecclesiæ.* Item Prælatus
6 non potest locare nisi ius quod habet
ad eius vitam. *Mohedan. d. dec. 12. nu.*
*3. & d. dec. 1. nu. 2. in nou. vers. Maior*
*tamen. Pute. dec. 175. num. 3. lib. 1. in*
7 *correct.* Et Prælatus successor non succe-
dit in locum siue titulum primi defun-
cti, sed ex nouo titulo siue iure, vnde
ex contractu antecessoris à quo nihil
recipit, non obligatur. *d. dec. 1. nu. 2.*
*in nou. & d. dec. 210. nu. 4. post Statil.*
*de Salu.*

8 At in secundo casu locatio censetur
realis, quæ semper durat. *d. dec. 1. nu.*
*1. vers. In secundo casu. de loca. in nou.*
*Pute. d. dec. 175. nu. 1.*

9 Amplia vt locatio facta nomine Præ-
lati non teneat in præiudicium succes-
soris, etiamsi validè facta fuerit, & ad
legitimum tempus. *d. dec. 219. nu. 10.*
*par. 10. recen.*

Nam licet Prælatus possit locare ad
modicũ tempus, tamen cum ius nõ ha-
beat in fructibus, nisi sua vita durante,
non potest per huiusmodi locationem
successori præiudicare. *d. dec. 210. nu.*
*3. post Statil. de Salu.*

10 Amplia secundo, etiamsi pro primo
anno, quo locator decessit, conductor
affictum anticipatè soluisset. *d. dec. 210.*
*nu. 6. post Statil. de Salu.* vbi quod sibi
imputare debet, cum mortem Prælati
11 posset præuidere. Nisi tamen terræ
fuissent satæ, & fructus pendentes de
proximo colligendi, vt limitat *Rot. in*
*dec. ead. post Statil. nu. 7.* relata etiam
per *Gratia. discept. 602. num. 9. & dec.*
*219. nu. 14. par. 10. rec.*

12 Amplia tertio etiamsi successor rece-
perit pensionem à conductore, & per-
miserit per aliquod tempus colonum
seu conductorem stare in locatione;
quia intelligitur locatio per eum ap-
probata solum pro illo tempore quo re-
cepit, non autem quod in futurum ali-
qua obligatio inducatur; nam tacitus
ille consensus non extenditur vltra ter-
minos

minos facti. *Pute. d. dec. 175. nu. 2. 4. lib. 1. & dec. 219. n. 13. par. 10. recen. Merlin. dec. 826. nu. 7.* vbi quod cum exactio possit intelligi facta citra animum ratificandi contractum, quæcunq; alia interpretatio est accipienda. *optime Rot. in dec. 2. vers. Maior pars. de loca. in nou. & apud Bellamer. d. dec. 747. nu. 2. vers. Nec tunc, nisi pro tempore illo*; vbi etiam quod ad effectum vt suc-

13 cessor per receptionem pensionis sibi præiudicet, requiritur vt sciuerit locationem non tenere, & quemadmodum facta fuit, & quod vterque in reconductione tacitè vel expressè consenserit.

14 Declara præmissa vt procedant in Prælato habente administrationem, & locante bona Prælaturæ suæ ob vtilitatem Ecclesiæ seu Prælaturæ suæ, & debita solemnitate seruata, secus vero in præbendario, seu simplici beneficiato, qui numquam vltra tempus vitæ suæ potest locare præbendam suam, licet super illa agat, & defendat, quia non habet tam liberam administrationem præbendæ suæ, sicut Prælatus. *d. dec. 1. nu. 1. vers. & præmissa procedunt. de loca. in nou. & d. dec. 210. ante num. 1. vers. Aut à Prælato habente administrationem. post Statil. de Salu.*

15 Cæterum locatio in dubio personalis potius quam realis præsumitur. *d. dec. 1. nu. 1. vers. in dubio tamen. de loca. in nou.*

16 Probatur autem quod sit personalis, si nomine ipsius Prælati facta fuerit, & ita vt fructus ad eum pertineant *ex supra not. nu. 2. 3.*

17 Item si sit restricta ad vitam Prelati locantis, *vt in dec. 30. nu. 9. par. 6. rec. & apud Buratt. dec. 152. nu. 1. vers. & iuxta expressam conuentionem.* vbi de transactione.

18 Item, si sit facta sine præiudicio iurium vtriusque partis, & successorum, vt in terminis transactionis respondit. *Rot. d. dec. 30. nu 9. par. 6. recen. & dec. 229. nu. 12. par. 8.*

19 Item si absque auctoritate Superioris, vel euidenti vtilitate ecclesiæ. *Bellamer. d. decis. 747. in princ. cum supra not. num. 2.*

20 Et quia hodie tota solemnitas consistit in beneplacito Apostolico, locatio facta etiam nomine ecclesiæ nullius erit momenti, nec obligabit successorem, nisi conductor confirmationem Apostolicam obtinuerit. *ad not. in dec. 262. nu. 2. par. 3. lib. 3. diuers.* vbi de concessione domus in emphyteusim.

21 Sic lauda emanata inter Parochum, & Monacos super decimis bonorum intra limites Parochiæ existentium non afficere Parochum successorem, nec egredi suos auctores, nisi habeant confirmationem superioris, dictum fuit *apud Coccin. dec. 279. num. 7. & decis. 340. num. 1.*

22 Et concordiam non confirmatam auctoritate Papæ, vel ordinarij non esse realem sed personalem, & propterea transigentium vitam non excedere, respondit. *Rot. apud Gregor. XV. dec. 152. nu. 1 cum ibi not. per Add. nu. 3. & apud Buratt. dec. 152. n. 1. cum not. per Add. nu. 5. & par. 6. recen. d. dec. 30. nu. 8.*

23 Quod si concordia à Sede Apostolica fuerit confirmata, realis censetur, & ligat etiam successores. *dec. 256. nu. 3. par. 8. recen. & dec. 44. nu. 4. par. 10.*

24 Et adhunc effectum sufficit confirmatio præsumpta ex lapsu 30. annorum cum obseruantia. *dec. 159 num. 4. par. 1 recen. cum allegatis per Add. ad Gregor. XV d. dec 152 nu. 4. & in his terminis loquitur dec. 256. nu. 1. 2. 3. par. 8. & dec. 44 nu. 4. 6. par. 10. recen.*

25 Sed no. quod sicut ex locatione nulla non potest successor conueniri, ita videtur nec agere posse, & conductorem cogere ad continuandum in locatione, quia contractus non debent claudicare. *ex not. per Manti. d. decis. 186 num. 4. & faciunt tradita per Bellamer. d. decis. 747. numer. 2. versic. Plus dicunt.*

An, & quando Prælatus seu Rector contra factum proprium venire possit: & quibus casibus eorum confessio ecclesiæ, & successoribus præiudicet.

## CAP. XXVI.

*Videatur tex: in cap. si quis præsbiterorum. & ibi Gl. verbo, alienata. & verbo, prospexerint. de rebus eccles. alien. vel non. Gl. in cap. peruenit. il p. verbo, rebus suis. de iureiur. Abb. in cap. vlt. num. 43 44, & ibi Felin. num. 17. de præscript. & in cap. cum super nu. 28 de caus. possess. & propr. Bar. in l. iubemus. la 2. §. Sane si hæc. nu 9. 10., & ibid. Bal., & Castr. C. de sacros. eccles. Idem Bal. in Auth. hoc ius porrectum. num. 8 C. eod. Salicet. in l. 1. nu. 21, ff. de confess. Dec. cons. 474. num. 5. Calderin. cons. 5. de confess. Socin. sen. cons. 15. num. 3. lib. 1. Paris. cons. 115 num. 21. & seqq lib 1. Nauar. cons 53. nu. 5. 6. de sent. excom. lib. 5. Redoan. de reb. eccles. non alien. q. 77. cap. 2. num. 10. & cap. 3. per tot., & cap. 6. nu. 1. cap. 8. nu. 16. Borgnin. Caualcan. de tutor. & cur. n. 162. vers. Quia quando actus. Molin. de primogen. lib. primo cap. 21. num. 27. Gratia. discept. 674. nu. 18. & seq. Boss. de alien. bonor. eccles. nu. 507. & seq.*

### SVMMARIVM.

1 *Prælatus contra factum proprium venire nequit.*

*Amplia tam in contractu iurato, quam non iurato, nu. 2. & tam in separabilibus, quam inseparabilibus. nu. 3.*

*Contra. nu. 4.*

*Amplia etiamsi factum sit contra iuris communis dispositionem. nu. 5.*

6 *Locatio ad vitam valet durante vita Prælati alienantis non obstante iuramento præstito in receptione ad Episcopatum de non alienando.*

7 *Confessio facta à Prælato valet in eius præiudicium illius vita durante.*

8 *Transactio facta à Prælato valet durante vita transigentis: Maxime iurata. num. 9. Limita in casu enormissimæ læsionis, nu. 10.*

11 *Transactio legat Prælatum transigentem vita illius durante, etiamsi careat beneplacito Apostolico.*

12 *Prælatus contra factum proprium venire potest, si non agat nomine proprio, sed nomine ecclesiæ, etiamsi propriam turpitudinem alleget. nu. 13.*

*Et etiamsi alienatio sit iurata. nu. 14.*

15 *Ecclesia non potest præiudicari ex facto sui Prælati siue Rectoris: Etiam in actu per quem fit reditus ad ius commune. nu. 16.*

17 *Prælatus alienans potest rem nulliter alienatam cum fructibus repetere.*

18 *Prælatus potest nomine ecclesiæ manutensionem, seu reintegrationem petere, licet facto suo ceciderit à possessione.*

19 *Prælatus seu Rector potest consensum per errorem præstitum, aut promissionem inualidam reuocare.*

20 *Factum proprium potest impugnari, si sit ipso iure nullum.*

21 *Confessio facta per Prælatum, Rectorem, aut quemcumque alium administratorem bonorum ecclesiæ non præiudicat ecclesiæ nec successoribus. Et quare nu. 22. 23.*

*Declara ut procedat in confessione voluntaria, secus in confessione facta in iudicio. nu. 24.*

25 *Rector potest, immo debet in iudicio bonam fidem agnoscere, & veritatem declarare.*

26 *Confessio non dicitur iudicialis sed voluntaria, si iussus iudicis non praecessit.*

27 *Confessio voluntaria Prælati præiudicat Ecclesiæ, & successoribus, quando habet pro se assistentiam seu præsumptionem iuris communis.*

*Item quando adminiculatur coniecturis. num. 28.*

*Declara. vt nu. 29.*

*Item quando non est vnica, sed repetita. num. 30.*

31 *Confessio Prælati an præiudicet ecclesiæ, quando concernit actum ab ipso Prælato gestum.*

32 *Confessio Prælati maximum præbet argumentum quod ita se res habeat: & venit attendenda, donec contrarium probetur. nu. 33.*

1 PRælatus contra factum proprium venire nequit. *Baratt. dec. 152. nu. 2. Cæsar. de Graff. dec. 2. n. 10. de iureiur.*

2 Idque procedit non solum in contractu iurato, in quibus terminis loquuntur dictæ decisiones, sed etiam non iurato: & non solum in separabilibus, veluti rebus Episcopi tantum, sed etiam
3 inseparabilibus, veluti Episcopi, & Ecclesiæ simul vel Capituli. *Mohedan. dec. 9 de loca. in princ.*

4 Sed contrarium in hoc secundo dicto tenuit successiue *Rota apud Cæsar. de Graff. d. dec. 2. num. 9. 10. de iureiur. & dec. 22. num. 10. par. 2. diuers.* vbi quod iuramentum Prælati non solum Ecclesiæ non præiudicat, sed nec ipsi Prælato, quando illius præiudicium est inseparabile à præiudicio Ecclesiæ, cum propter connexitatem præiudicij non possit iuramentum seruari, sine interitu salutis æternæ.

5 Amplia primã conclusionem etiamsi factum sit contra iuris communis dispositionem. *Cæsar. de Graff. dec. 1. nu. 6. de iureiur. secutus Mohedan. d. dec. 9.*

6 Hinc locatio ad vitam valet durante vita Prælati concedentis, non obstante iuramento in receptione ad Episcopatum præstito de non alienando res spectantes ad Mensam Episcopalem. *Mohedan. d. dec. 9. in princ. de loca.*

7 Similiter confessio facta à Prælato in eius præiudicium valet durante illius vita. *Mohedan. dec. ead. nu. 1.*

8 Similiter transactio, durante vita transigentis. *Mohedan. ibidem.* Et maximè iurata. *Baratt. d. dec. 152. nu. 2.*

9 *Millin. dec. 72. nu. 3.*

10 Nisi tamen deduceretur enormissima læsio. *Millin. loco citato.*

11 Amplia etiamsi transactio esset nulla ex defectu beneplaciti Apostolici, quia adhuc ligat transigentem vita illius durante, licet non liget successorem. *Baratt. d. dec. 152. num. 3. 9.* vbi quod Episcopus veniens contra formam transactionis ab eo initæ non erat manutenendus, etiamsi transactio careret beneplacito Apostolico, quia contra factum proprium venire non poterat.

12 Prædicta declara vt procedant, si Prælatus agat nomine proprio, secus si nomine Ecclesiæ, & pro tuendis illius iuribus, quod facere potest. *Seraph dec. 1417. nu. 3. Verall. dec. 182 nu. 7. 9. par. 3.*

13 Etiamsi propriam turpitudinem alleget, *dec. 14. nu. 5. par. 1. diuers.* Et
14 etiamsi alienatio fuerit iuramento firmata. *Verall. d. dec. 182. par. 3* Etenim
15 Ecclesia ex facto sui Prælati siue Rectoris non potest præiudicari. *d. dec. 22. nu. 9. par. 2. & dec. 715. nu. 3. par. 4. diuers. dec. 30. num. 9 par. 6. recen. & dec. 247. nu. 11. par. 7. & dec. 73. nu. 24. par. 8. & dec. 137. nu. 11. par. 10.*

16 Quamuis fieret reditus ad ius commune iuxta opinionem, quàm contra communem tenuit *Rot. diuers. par. 2. d. dec. 22. nu. 4. & seqq.* vbi quod in alienatione rerum ecclesiæ requiritur consensus Capituli etiam in actu, per quem res ecclesiæ reuertitur ad naturam suam.

17 Hinc ipsemet alienans potest rem nulliter alienatam simul cum fructibus repetere, *vt in d. dec. 14. nu. 3. par. 1.*

diuers. cum infra not. cap.

18 Similiter manutentionem seu reintegrationem petere potest nomine Ecclesiæ, licet facto suo ceciderit à possessione, quia neque in dominio neque in possessione Ecclesiæ præiudicare potuit. *Verall. dec. 170 & dec. 181. & d. dec. 182. par. 3. Seraph. dec. 1417. n. 3. Gregor. XV. dec. 116. nu. 1. cum ibi adduct. per Add. num. 5. & recen. par. 6. dec. 78. per tot. cum infra not. cap.*

19 Similiter potest consensum per errorem præstitum aut promissionem per errorem seu contra iuris dispositionem factam reuocare, cum agatur de præiudicio Ecclesiæ. *dec. 73. num. 23. & dec. 103. nu. 16. & dec. 155. num. 1. par. 8. recen.*

20 Item venire contra transactionem ipso iure nullam *Manti. dec. 111. nu. 5.* vbi quod factum proprium potest impugnari, si sit ipso iure nullum.

21 Et est regula, quod declaratio seu confessio facta per Præsulem, seu Rectorem, aut quemcumque alium, cui commissa est administratio bonorum Ecclesiæ, eidem Ecclesiæ non præiudicat. *Seraph. dec. 1278. nu. 3. Gregor. XV. dec. 375. nu. 6. cum ibi not. per Add. nu. 11. & per Add. ad Buratt. dec. 788. nu. 10. Manti. dec. 39. num. 2. & diuers. par. 4. dec. 713. num. 3. & par. 1. recen. dec. 334. nu. 2. & dec. 480. nu. 4. & par. 4. to. 2. dec. 290. num. 20. & par. 9. to. 1. dec. 27. nu. 1.*

22 Quæ quidem regula ea ratione nititur, quia admioistrator bonorum ecclesiæ non potest donare, vt sponte confitendo videtur facere. *d. dec. 27. nu. 2. par. 9. to. 2. recen.*

23 Item, & alia ratione, quia videlicet, si admitteretur confessio Rectoris in præiudicium Ecclesiæ, posset idem indirectè facere, quod directè facere non potest, nempe vt valeat alienatio illius bonorum. *d. dec. 27. nu. 3.*

24 Declara vt procedat in confessione voluntaria, secus in confessione facta in iudicio, quæ præiudicat Ecclesię, & Prælatis successoribus. *dec. 141. nu. 4. & dec. 166. nu. 5. par. 2. diuers. & par. 8. recen. dec. 161. nu. 18 Bellamer. dec. 695. Gregor. XV. dec. 506. num. 3 cum not. per Add. ad eiusdem dec. 375. num. 11. Buratt. dec. 453. nu. 3. cum ibi not. per Add. nu. 10.*

Nam propter solemnitatem iudicij videtur cessare omnis suspicio fraudis, neque prohibitum est Rectori agnoscere

25 re bonam fidem. *d. dec. 27. nu. 4. par. 9. to. 1. rec. Buratt. d. dec. 453. num. 6.* vbi quod Prælatus, & Rector non solum potest, sed debet agnoscere bonam fidem, & declarationem veritati consentaneam facere, sicuti tutor, cui in hoc æquiparantur.

26 Sed ad hunc effectum requiritur precedens monitio, seu iussus iudicis, alias confessio potius voluntaria, quam iudicialis dicitur, licet in iudicio emanauerit. *dec. 16. nu. 19. par. 8. & d. dec. 27. nu. 6. par. 9. to. 1. recen.*

27 Præterea etiam voluntaria confessio Prælati præiudicat ecclesiæ, & successori, quando habet pro se assistentiam, siue præsumptionem iuris communis. *d. dec. 141. nu. 6. par. 2. diuers. cum not. per Add. ad Gregor. XV. d. dec. 375. nu. 11. & Add. ad Buratt. d. dec. 453. nu. 11. vers. & sufficit.*

28 Item quando adminiculatur coniecturis. *dec. 177. num. 5. par. 2. diuers. & dec. 334. nu. 2. 3. par. 1. recen.* vbi quod in simili confessio Patris legitimi administratoris quæ aliàs filio non præiudicaret, ei præiudicat, quando iuuatur coniecturis. *Concordat dec. 68. nu. 4 par. 8. recen. & d. dec. 27. n. 10. par. 9. to. 1. & dec. 24. nu. 29. par. 10. Gregor. XV. dec 506. num. 4. Manti. d. dec. 39. nu. 1 cum adductis per Add ad Gregor. & Buratt. locis proxime citatis.*

29 Dummodo coniecturæ percutiant illud idem quod confessio.

30 Item quando confessio non est vnica, sed sæpius repetita, *vt in vna Concben. decimarum relata per Add. ad Gregor. XV. d. dec. 375. nu. 11.*

31 Alium etiam casum ponit. *Add. ad Gregor. XV. loco cit.*, videlicet, quando con-

confessio concernit actum ab ipsomet confitente gestum. Sed Rotæ auctoritate non nititur: immo Rota contrarium tenuit in confessione tutoris, cui in hoc Prælatum æquiparari diximus. *d. dec. 177. num. 1. vers. quæ dominus. par. 2. diuers.*

32 Est autem generaliter verum, quod confessio Prælati maximum præbet argumentum, quod ita se res habeat. *dec. 293. num. 2. par. 1. diuers. & in Hispalen. primitiarum relata per Add. ad Bazzati. d. dec. 453. lit. A. vers. maximum tamen.*

33 Adeo vt donec de contrario non constet, videatur attendenda, *vt in dec. 291. nu. 8. post cons. Farinac. lib. 2. de qua Add. ad Gregor. XV. d. decis. 375. num. 11. in fi.*

---

## De effectibus nullitatis in alienatione rei Ecclesiæ contingentis.

## CAP. XXVII.

Nullitatis alienationis plures sunt effectus iuxta causas vnde proueniunt, & quidem alij ipsam Ecclesiam, & ipsius bona, alij etiam personas alienantium respiciunt, de quibus singulis ordinatim subijciam.

Alienatio contra iuris dispositionem nō transfert dominium rei alienatæ, & constituit in mala fide emptorem, adeout res simul cū fructibus ab eo repeti possit.

### §. 1.

*Materia tex. in cap. siquis presbiterorum, vbi Gl. in verbo, alienata, & Bero. nu. 14. de reb. eccles. alien. vel non. & tex. cum Gl in can. Non liceat Papa. 12. q. 2. Felin. in cap. cum causa. nu. 27. de re iudic. Bar. in l. non dubium. nu. 28. C. de legib. & in l. 1. §. si vir. vxori nu. 3. 4. ff. de aquir. possess. & in l. Sed et si lege. §. scire. nu. 1. 4. ff. de petit. hæred. Redoan. de reb. eccles. non alien. q. 77. cap. 5. nu. 2. & cap. 8. per tot. præsertim nu. 10. & seqq. Rebuff. de alien. rer. eccles. nu. 103. 116. Surd. cons. 115. nu. 31. & seqq. Menoch. de recuper. remed. 15. num. 634. Ricc. in prax. rerum for. eccles. dec. 18. per tot. Boss. de alien. bon. eccles. à nu. 509. ad n. 517. Add. ad dec. 444. à n. 13. par. 4. to. 2. recen.*

### SVMMARIVM.

1 *Alienatio nulliter facta dominium non transfert.*
2 *Dominium non transfertur ex alienatione sine causa, veluti ex alienatione habita fide de pretio. nu. 3.*
4 *Permutatio est emptioni similis.*
5 *Alienatio sine causa non transfert dominium, etiamsi accesserit beneplacitum Apostolicum.*
6 *Contractus potest esse validus, & non transferri dominium.*
7 *Contrahens cum ecclesia sine solemnitatibus censetur in mala fide.*
8 *Ecclesiæ res sine solemnitatibus alienata repeti potest simul cum fructibus à die alienationis, & quare nu. 9. 10. Amplia vt nu. 14.*
10 *Fructus suos non facit possessor, quando contractui ab eo celebrato ius ab initio resistit.*
11 *Fructus dominus quomodo, & quando censeatur Prælatus.*
15 *Fructus rei nulliter alienatæ debent ecclesiæ restitui à die contractus per emptorem malæ fidei; secus si emptor fuerit in bona fide, & errauerit in facto. Vel si errauerit in iure valde dubio. num. 16.*

Præ-

*Præsertim vbi agitur de damno vitando. nu. 17.*

18 *A fructus restitutione quando non excusetur emptor prætextu erroris facti, vel iuris ambigui. Item nu. 19.*

20 *Expensæ factæ pro recollectione fructuum possunt retineri per emptorem, qui rem cum fructibus ecclesiæ restituere tenetur.*

21 *Fructus non dicuntur nisi deductis expensis.*

1 Lienationis nulliter, & absque legitimis solemnitatibus factæ primus effectus est vt dominium rei alienatæ in acquirentem non transferatur. *Merlin. dec. 255. nu. 4 vers. & licet.*

2 Quod procedit etiam in alienatione absque legitima causa facta. *Seraph. dec. 540. num. 6. Gregor. XV. dec. 113. nu. 1. 2. 3.* vbi quod alienatio rerum
3 ecclesiæ habita fide de pretio, seu permutatio quæ est emptioni similis, do-
4 minium non transferunt, etiamsi acces-
5 serit beneplacitum Apostolicum, quia beneplacitum non supplet defectum causæ, sed respicit validitatem contra-
6 ctus, & contractus potest esse validus absque eo quod transferatur dominium.

7 Secundus nullitatis effectus est, vt contrahens cum ecclesia absque solemnitatibus censeatur in mala fide. *dec. 13. nu. 1. & dec. 14. num. 2. par. 1. diuers. & dec. 3. num 33. par. 7. recen. cum not. per Add. ad decis. 444. lit. A. par. 4. to. 2. recen. & Buratt. dec. 814. num. 4. in fi.*

8 Tertius effectus, qui ex prædictis consequitur, est, vt res ecclesiæ sine legitimis solemnitatibus alienata repeti possit simul cum fructibus à die alienationis. *d. dec. 444. nu. 1. par. 4. to. 2. rec. & dec. 375. nu. 2. par. 5. quæ est inter impress. Duran. dec. 256. & par. 7. dec. 3. nu. 33. & seq. & diuers. part. 1. d. dec. 14. nu. 3.*

9 Est enim regula quod malæ fidei possessor non facit fructus suos: & in mala fide esse dicitur qui contrahit contra iura prohibentia, & ab initio re-
10 sistentia contractui, & rei aquisitioni, *vt ex Bar. not. Rot. in dec. 608. num. 2. part. 4. rec.*

11 Nec obstat quod Prælatus sit dominus fructuum, & possit de eis disponere, quia procedit, quando disponit simpliciter de fructibus, secus vero, quando consecutiuè, alienando nulliter bona ecclesiæ. *d. dec. 14. n. 3. par. 1. diuers.*

14 Amplia vt res nulliter alienata simul cũ fructibus repeti possit per ipsummet qui alienauit, etiamsi is alleget turpitudinem suam, quia agit nomine ecclesiæ, & non nomine proprio. *d. dec. 14. num. 3. 5. par. 1. diuers. cum infra not. §. proximo.*

15 Declara conclusionem principalem procedere contra malæ fidei emptorem, secus si emptor fuerit in bona fide, & errauerit in facto, quia putauerit venditionem fuisse factam cum debitis solemnitatibus, vel non fuisse solitam locari, tunc enim non debentur fructus nisi à die motæ litis. *d. dec. 444. nu. 2. 3. par. 4. to. 2. recen. Duran. dict. decis. 256. num. 3. & confert. Buratt. decis. 714. nu. 8.*

16 Et idem obtinet, si emptor errauerit in iure, sed valde dubio, vt pote si viderit scripturas, sed ex eis plurimum dubitari posset, num bona essent solita locari: nam error iuris, licet regulariter non excuset, excusat tamen, si sit error iuris valde dubij, quia æquiparatur errori, & dubio facti. *d. dec. 444. à num. 4. par. 4. to. 2. & dec. 369. nu. 14. 15. par. 5. recen.* vbi quod error iuris intricati, & obscuri excusat, sicut error facti,
17 & præsertim quando agitur de damno vitando.

18 Non tamen excusaretur emptor prætextu erroris facti, vel iuris ambigui, si in instrumento alienationis insertus esset tenor literarum, si in euidentem, & Constitutionis Paulinæ, & nihilominus formam in illis præscriptam, de qua plenam habebat scientiam, ommiserit

aut

aut ei contrafecerit. *d. dec. 375. nu. 4. 5. par. 5. recen.* vbi quod si admitteretur excusatio credulitatis, siue erroris facti, aut iuris ambigui, quando forma non solùm à iure, sed à Papa præscripta omittitur, immo ei contrafit, numquam fere daretur casus, quo fructus ob malam fidem ab initio deberentur.

19 Similiter non excusaretur emptor, si ordinarius beneplacitum Apostolicum certo tempore impetrare promisisset, & non impetrasset; quia post tempus præfinitum debebat perquirere ab Ordinario an beneplacitum esset impetratum, aliàs censetur in mala fide; secus esset, si Ordinarius fuisset attestatus, se beneplacitum impetrasse; quia dictum magni viri regulariter præstat bonam fidem. *d. dec. 14. nu. 2. par. 1. diuers.*

20 Secundò principalem conclusionem declara, vt emptor restituens rem cum fructibus possit retinere ex ipsis fructibus expensas factas pro eorum recollectione, expensæ enim, quæ gratia fructuum fiunt, minuunt ipsos fructus, &

21 fructus non dicuntur nisi deductis expensis. *Gregor. XV. dec. 273. num. 3. & dec. 197. nu. eod. Buratt. dec. 618. nu. 1. Pen. dec. 175. in fi. & dec. 1153. nu. 2. Merlin. dec. 731. nu. 1.* vbi quod nullus casus interuenire potest, qui hoc genus deductionis impediat. *Duran. dec. 53. nu. 6. 7. & recen. par. 3. dec. 656. nu. 2. in fi. cum not. per Add. ad dec. 444. nu. 13. 14. 22. 25. par. 4. to. 2. rec.*

---

Alienatio rei Ecclesiæ absque solemnitatibus facta nõ transfert possessionem; ideo Ecclesię competit duplex remedium, reintegratio scilicet ad rem alienatam, & manutentio.

§. 2.

*Materia tex. in can. reintegranda. 3. q. 1. & cap. literas, & ibi Abb. nu. 3. de dilation, & in cap. olim. 1. & 3. de restit. spol. idem Abb. in cap. cum super. nu. 19. 20. 21. de causa possess. & propr. Bar. in l. 1. §. si vir. vxori. nu. 3. & seqq. Ias. nu. 28. Bologn. n. 64. ff. de aquir. possess. Menoch. de recuper. remed. 15. num. 101. & seqq. Alex. cons. 81. nu. 17. vol. 3. Bero. cons. 88. nu. 12. lib. 1. Paris. cons. 24. n. 5. & seqq. vol. 1. Redoan. de reb. Eccles. non alien. q. 77. cap. 2. n. 10. & cap. 5. nu. 9. Boss. de alien. bon. Eccles. nu. 501. & seqq. Ricc. in prax. rerum for. Eccles. dec. 22. per tot. Posth. de manuten. obseru. 37. nu. 5. & per tot. Fulgin. de diuers. quæst. emphyt. q. 12.*

*SVMMARIVM.*

22 *Ecclesia nulliter alienante neque dominium neque possessio rei alienatæ in aquirentem transfertur.*

23 *Ecclesia ex facto inutili Rectoris aut Prælati non cadit à possessione.*

24 *Ecclesia, nulla existente alienatione, habet duplex remedium, videlicet reintegrationis, & manutentionis. n. 29.*

25 *Prælatus qui facto suo cecidit à possessione, non potest dicere se spoliatum.*

26 *Ecclesia potest agere spolio pro rebus nulliter alienatis per Prælatum. Declara vt nu. 28.*

27 *Prælatus qui alienauit, licet non possit nomine proprio, potest tamen nomine Ecclesiæ agere pro recuperanda possessione.*

29 *Sequestrum tamen super fructibus, donec sententia reintegratoria feratur, apponi non potest, nisi in casu dissipationis vel difficilis recuperationis.*

30 *Prælato successori, immo etiam ipsi alienanti, agenti tamen nomine Ecclesiæ competit manutentio in possessione rei nulliter alienatæ.*

*Amplia vt nu. 31. 33.*

M De-

*Declara vt num. 34.*

32 *Interdictum vnde vi venit in consequentiam interdicti vti possidetis, & non excludit, quin etiam manutentio Ecclesiæ competat.*

35 *Constitutio fa. me: Vrbani VIII. praeseruatiua iurium Ecclesiarum non afficit Capitula Regni Poloniæ.*

22 NVllitatis in alienatione contingentis quartus, & præcipuus effectus est, vt non solum dominium rei alienatæ in contrahentem cum Ecclesia non transferatur, sed nec ipsa possessio, cum Ecclesia ad instar pupilli non possit desinere rem suam habere, vel possidere saltem animo. *Merlin. dec. 255. nu. 5. & dec. 702. nu. eod. repetita in recen. par. 7. dec. 94. & post tract. Posth. de manuten. dec. 554 nu. 19.* 20. Nec ex facto inutili Recto-
23 ris aut Prælati possit cadere à sua possessione. *Verall. dec. 183. nu. 8. par. 3. Seraph. dec.* 1417. *nu.* 3. *Emin. Ottbob. dec. 6. nu. 5. Add. ad Gregor. XV. decis. 116. nu. 5. & post tract. Posth. de manuten. dec. 469. num.* 18. 19. *& dec. 518. nu.* 4. 5. *& recen, par. 4. 10. 2. dec. 290. nu. 17. & par. 6. dec. 291. num. eod. & par. 10. dec. 200. nu.* 8.

24 Hinc Ecclesiæ competit duplex remedium, primum est reintegrationis ad rem alienatam vel ex cõditione legis, vel *ex can. reintegranda. 3. q. 1.* vel ex officio Iudicis, vt apud *Verall. dec. 170. à nu. 3. & dec. 182. a num. 7. par. 3. Gregor. XV. dec. 116. nu. 1. cum ibi not. per Add. num. 4. & par. 2. recen. dec. 472. nu. 2. & par. 6. decis. 78. nu. 2. & dec. 291. nu. 9. & par. 7. dec. 94. num. 6. & par.* 10. *d. decis.* 200. *num.* 19. *& apud Merlin. decis. 887. nu.* 30.

25 Ratio est, quia licet Prælatus qui alienat contra formã *Extrauagan.* Pauli II. perdat litem, & possessionem beneficij, & non possit dicere se spoliatum, cum facto suo ceciderit à possessione, vnde sibi imputare debet damnum ex propria culpa proueniens. *Cassador. dec. 4. de rest. spol. Verall. d. dec. 170. nu. 2. & dec. 182. num. 3. 6. par. 3. & par. 1. diuers. dec. 131. num. 1. & par. 2. recen. d. dec. 473. nu. 2. & par. 7. d. decis. 94. num. 1. 2.*

26 Attamen Ecclesia potest agere spolio, & ei datur interdictum vnde vi pro rebus nulliter alienatis per Prælatum; quia possessio non est simpliciter penes Rectorem Ecclesiæ, sed est verè penes ipsam Ecclesiam, & semper plena, & numquam vacare dicitur. *Verall. d. dec. 170. nu. 3. & seqq. & d. dec. 182. nu. 7. par. 3. & recen, par. 2. dec. 473. num. 2. & par. 6. dec. 78. n. 8. & seqq. & par. 7. d. dec. 94. nu. 7. & par. 10. d. dec. 200. nu. 9. 10.*

27 Ideo idem Prælatus qui alienauit, licet non possit nomine proprio, potest agere nomine Ecclesiæ pro recuperanda possessione. *Verall. d. dec. 170. nu. 6. & dec. 181. & dec. 182. nu. 9. par. 3. & d. dec. 78. nu. 3. 7. par. 6. recen.*

28 Prædicta declata, vt procedant quando ex causa iniusta, & actu nullo Ecclesia possessionem ammittit, secus vero si iustum est factum, & validus contractus *d. dec. 94. nu.* 3. 40. 80. *par. 7. recen. Verall. dec. 172. nu. 6, & seqq.* cum supra allegatis, quæ omnes loquuntur in casu, quo Ecclesia facto iniusto Prælati cecidit à possessione.

Hinc si emptor vel titulum præsumptum ex cursu temporis deducat, vel expressum exhibendo instrumentum alienationis, ad quam fuit deuentum, postquam iudices à Papa deputati vt cognoscerent super vtilitate alienationis, pronuntiarunt, eam vtilem esse Ecclesiæ, tunc Ecclesia non est reintegranda, sicuti non daretur reintegratio priuato, qui facto suo cecidit à possessione. *Seraph. dec. 671. nu. 2. 3. & par. 7. recen. d. dec. 94. post n. 8. vers. Propterea. & nu. seqq.*

Sed si non est elapsum tempus necessarium ad præsumendas solemnitates, & vtilitatem contractus in fauorem Ecclesiæ, vel titulus positiuus peccans appareat, veluti quia beneplacitum non

fuerit

fuerit legitimè executum, vel iniusta fuerit confirmatio executorum, vel beneplacitum fuerit obreptitium, & subreptitium, vel causa in instrumento alienationis inserta falsa fuerit, tunc Ecclesiæ competit reintegratio, quia quoties contractus est damnosus, & nullus, Ecclesia dicitur sine iusta causa, & nulliter à possessione cecidisse, & semper intrat æquissimum remedium *cap. reintegrandæ d. dec. 94. à nu. 12. per tot. & præsertim nu. 77. par. 7. recen.*

29 No. tamen quod donec sententia reintegratoria feratur, non est apponendum sequestrum, nisi probetur vel quod fructus ab aduersario dissipentur, vel quod ob aduersarij inopiam, vel aliàs erunt difficilis recuperationis. *dec. 85. nu. 11. 12. par. 11. recen.*

30 Alterum remedium Ecclesiæ competens est manutentio, nam ratione possessionis semper permanentis pęnes Ecclesiam, cui ex facto nullo Prælati seu Rectoris præiudicari non potest, competit interdictum retinendæ possessionis tam Prælato successori, quam etiam ipsi alienanti, agenti tamen nomine Ecclesiæ, & non proprio. *Seraph. dec. 1417 num. 3. Verall. dec. 182. num. 8. par. 3. Emin. Otthobon. dec. 6 nu. 5. & par. 4. tom. 2. recen. dec. 290. num. 14. & seqq. & precipuè nu. 18. & par. 6. d. dec. 78. nu. 3. & seqq. & nu. 25. & seq. & dec. 139. nu. 28. & dec. 291. nu. 5. & seqq. & par. 7. d. dec. 94. nu. 7. 8. & par. 10. d. dec. 200. nu. 7. cum adduct. per Add. ad Gregor. XV. d. dec. 116. nu. 5. & post tract. Posth. de manuten. dec. 469. n. 12. & dec. 518. nu. 3. 4. 5. & dec. 554. nu. 15. & seqq.* vbi etiam, quod si Rectori conceditur rei vendicatio, quæ dominium præsupponit, ad vendicandum Ecclesiæ bona, eo fortius debet concedi manutentio.

31 Amplia etiamsi Ecclesia vel dignitate vacante bona per tertium occupentur, quo casu videtur competere restitutio per interdictum vnde vi, & excludi manutentio iuxta decisiones allegatas *in d. dec. 78. nu. 12. par. 6. recen.*

Etenim, cum ciuilis possessio mortuo Prælato remaneat pęnes Ecclesiam, ratione huius ciuilis possessionis competit Prælato successori interdictum vti possidetis, quod habet naturam mixtam, possessionis retinendæ respectu ciuilis, & recuperandæ respectu naturalis; cum enim Iudex non possit Ecclesiam tüeri in ciuili possessione sine restitutione naturalis mandat vt pars quæ occupauit, restituat possessionem iuxta *Bal. in l. vti possidetis. nu. 12. C. vti possidetis*, vbi quod non potest quis à turbatione desistere, nisi mihi restituat naturalem, quam abstulit, quia per retentionem illius naturalis turbat me in mea ciuili, & sic interdictum vti possidetis competit pro retinenda ciuili, & in consequentiam competit interdictum vnde vi pro recuperanda naturali. *d. dec. 78. à n. 13. per tot. par. 6. recen.* vbi quod decisio-

32 nes firmantes, competere interdictum vnde vi, non excludunt, quin competat etiam manutentio, quia interdictum vnde vi venit in consequentiam interdicti vti possidetis, *& dicta decisio* 78. confirmatur in omnibus *in dec. 226. ead. par. 6. recen. & post tract. Posth. de manuten. d. dec. 554. nu. 34. & seqq.*

33 Amplia etiamsi Prælatus habuisset se pro spoliato petendo, & obtinendo reintegrationem, quia non potest præiudicare Ecclesiæ in possessione ad effectū manutenendi, *vt post tract. Posth. de manuten. d. dec. 469. nu. 15. & seqq. & d. dec. 518 nu. 3.*

34 Prædicta declara vt procedant, quando est indubitabile, intrare dispositionem *Extrauagan. Ambitiosæ*, quia propter decretum irritans in ea appositum, quod inficit titulum, & possessionem, non potest dari possessori manutentio contra Ecclesiam, sed ipsi Ecclesiæ est concedenda, a qua possessio per contractum nullum non fuit adempta. Verùm vbi probabiliter dubitari potest, an sit locus *d. Extrauaganti*, & decreto irritanti in ea apposito, tunc non est deneganda possessori manutentio, donec validitas, seu inualiditas tituli iudicio or-

dinatio plenariè discutiatur. *d.dec.* 200. *nu.* 11. 12. 13. 14. 15. *par.* 10. *recen.* vbi quod licet concessio facta sine beneplacito Apostolico sit nulla, & irrita, & possessionem non transferat propter decretum irritans in *d. Extrauagan.* appositum, quia tamen in Regno Poloniæ ex consuetudine immemorabili per ducentum annos, & vltra præscripta Episcopi, accedente consensu Capituli, concedunt ad vitam Canonicorum villas, & decimas absque beneplacito Apostolico, vnde potest probabiliter dubitari, an intret decretum irritans in *Extrauagan.* prædicta appositum, respondit Rota, concedendam esse manutentionem Canonico, qui ab Episcopo de consensu Capituli fuerat vt supra inuestitus, additque, decisiones, quæ in hac materia, quotiescumque se offert occasio, hinc inde ab informantibus allegantur, cum hac distinctione esse intelligendas & conciliandas.

35 Declarationem amplia, vt procedat in Regno Poloniæ non obstante Constitutione felicis recordationis Vrbani Papæ Octaui præseruatiua iurium Ecclesiarum, edita sub die 5. Iunij 1641. Quia orta controuersia, an d. Constitutio afficeret Capitula, & loca dicti Regni, Sacra Congregatio Eminentissimorum Cardinalium Concilij Tridentini interpretum, ad quam petitio Capitulorum pro obtinenda declaratione à S. D. N. remissa fuerat, rescripsit Nuntio Apostolico illarum partium, vt verificatis expositis declararet, prædictam Constitutionem non obstare, prout ad formam rescripti non obstare is declarauit. *d. dec.* 200. *nu.* 15. *in fi. part.* 10. *recen.*

---

Locatio rei Ecclesiæ vltra triennium facta absque beneplacito Apostolico neque pro triennio sustinetur: & in terminis huiusmodi locationis neque possessio manutenibilis per cóductorem aquiritur, neque tacita relocatio, neque prælatio ad fauorem antiqui conductoris admittitur.

§. 3.

*Ad materiam Bald. in Auth. siquas ruinas. nu. 2. C. de sacros. Eccles. Bar. cons. 159. nu. 8. lib. 1. Alex. cons. 17. nu. 11. lib. 4. Rol. cons. 84. n. 29. lib. 1. Afflict. dec. 107. & ibi Vrsill. Tiraqu. de retract. lignag. §. 23. Gl. 1. nu. 12. 13. & de retract. conuent. in fi. nu. 144. & seq. Clar. in §. Emphyteusis. q. 6. Redoan. de rebus Eccles. non alien. q. 58. num. 29. 31. & seqq. Garz. de benefi. par. 2. cap. 1. nu. 55. 56. Molina de contract. disput. 467. per tot. Couar. var. resol. lib. 2. cap. 16. num. 4. 5. alter Molina de primogenijs. lib. 1. cap. 21. n. 28. Boss. de alien. bon. Eccles. nu. 331. & seqq. & num. 335. & seqq. Manti. de tacit. & ambig. lib. 5. tit. 4. nu. 20. 21. 22. & tit. 5. per tot. Fulgin. de contract. emphyteut. quæst. 8. per tot. Becc. cons. 178. nu. 2. Surd. dec. 40. nu. 4.*

*SVMMARIVM.*

36 *Locatio rei Ecclesiæ vltra trienniũ facta absque beneplacito Apostolico, nec pro triennio sustinetur.*

37 *Vtile per inutile non vitiatur in diuiduis, cuiusmodi est tempus.*

38 *Beneplacitum Apostolicum in concessione rei Ecclesiæ pro forma requiritur, quæ est indiuidua.*

39 *Locatio facta vltra triennium multò magis vitiatur in totum, si ex conie-*

*cturis*

*cturis eliciatur, contrahentes non aliter, quam pro toto tempore fuisse contracturos.*

40 *Individuum consideratur nedum ex natura rei, sed & ex partium intentione, & voluntate.*

41 *Coniectura, quod quis non fuisset conducturus nisi pro toto tempore, est si maiori pretio conduxerit pro primo, quam pro secundo triennio.*

*Item si locatio sit facta inter easdem personas sub vnico pretio. nu. 42.*

*Immo etiamsi inter diuersas personas, quia ex diuersitate personarum inducitur suspicio fraudandæ legis. nu. 43.*

*Pretij tamen declaratio per singulos annos non tollit inualiditatem locationis factæ vltra triennium, adeo vt pro triennio sustineatur. nu. 44.*

45 *Locatio rei Ecclesiæ vltra triennium facta non sustinetur, etiamsi fructus & prouentus locati fuerint, & non bona.*

*Et etiamsi reseruatum fuerit beneplacitum Apostolicum cum clausula, non alias, aliter, nec alio modo. 46.*

*Et etiamsi locatio facta fuerit cum declaratione, quod tot sint locationes, quot triennia, vel quod finito primo triennio censeatur facta locatio pro alio triennio. 47.*

48 *Emphyteusis concessio vltra formam solitam vitiatur in totum deficiente beneplacito Apostolico, & neque intra formam solitam sustinetur.*

*Sed an procedat solum in materia indiuidua, est materia Brocardica, in qua Rota nihil resoluit. nu. 49.*

50 *Emphyteusis concessio vltra secundam generationem, quæ est prohibita per tex. in §. emphyteusim. Auth. de non alien. neque sustinetur intra secundam generationem, prout ex auctoritate Rotæ voluit Fulgin. de contr. emphyt. q. 7. 8.*

*Sed quomodo hoc procedat, vide nu. 52.*

51 *Emphyteusis ecclesiastica concedi potest etiam vltra secundam generationem per tex. in §. licentia. Auth. de alien. & emphyt. Et Paulina Constitutio non tollit concessiones à iure permissas*

53 *Locatio bonorum Ecclesiæ vltra triennium sustinetur, quando ex bonis locatis non percipiuntur fructus quolibet anno.*

54 *Indiuiduitas contractus quando respicit fauorem emphyteutæ, potest emphyteuta cogere ecclesiam stare contractui; secus si respiciat etiam fauorẽ Ecclesiæ.*

55 *Locatio si fiat vltra triennium absque beneplacito Apostolico, possessio per conductorem capta non est manutenibilis.*

*Et non intrat tacita relocatio, quæ aliàs re non integra solet admitti. nu. 56.*

*Nec prælatio, cui aliàs locus esset ad fauorem antiqui conductoris. nu. 57.*

36 Vintus nullitatis effectus est, vt locatio rei Ecclesiæ facta vltra triennium absque beneplacito Apostolico (quod per *Extrauag. Ambitiosæ* in locatione, & conductione rei Ecclesiæ pro illius validitate omnino requiritur, vt *not. Rot. apud Merlin. dec. 826. nu. 1. & recen. par. 10. dec. 219. nu. 2.*) vitietur in totum, adeout nec pro triennio à iure permisso sustineatur iuxta opinionem, quam reiecta contraria sententia constanter tenuit *Rota teste Merlin. ead. dec. 826. nu. 3. & Pen. dec. 414.* quibus congruit *dec. 709. nu. 6. par. 1. diuers. & dec. 30. nu. 3. recen. par. 1. & dec. 435. nu. 3. par. 3. & dec. 261. nu. 26. par. 4. to. 2. cum adduct. per Adden. ad dec. 56. nu. 15. 20 & seqq. par. 9. to. 1.*

37 Nec obstat regula, quod vtile per inutile non vitiatur in diuiduis, quo argumento locationem vltra triennium factam pro triennio à iure permisso sustineri tenuerunt, qui contrariam tuentur sententiam, nam pensio vnius anni potest separari à pensione alterius anni, & tempus permissum diuidi à prohibito.

38 Etenim cum beneplacitum Apostolicum in locatione, & conductione rei Ecclesiæ pro forma adhiberi debeat. *d. dec.*

*dec.* 30. *nu.* 3. *par.* 1. *recen.* & *dec.* 219. *num.* 2. *par.* 10. & forma sit indiuidua, *ead. dec.* 30. *nu. eod.* Non potest euitari hæc forma diuidendo per plura tempora, nec possunt contrahentes eludere præscriptum Papæ *in d. Extrauagan. Ambitiosa*, ne vtile per inutile vitietur, sed intrat regula, quod potui, nolui, & quod volui, adimplere nequiui. *Merlin. d. dec.* 826. *nu.* 3. *vers. requiritur enim &c.* vbi quod, cum hæc opinio in sacro Rotæ tribunali semper recepta fuerit, non est amplius dubitandum.

39 Principalis conclusio, quod scilicet locatio vltra triennium facta neque pro triennio sustineatur, multò magis procedit, quando ex partium intentione vnica locatio facta videtur, quia tunc vitium vnius inficit reliquum. *d. dec.* 30. *nu.* 4. *par.* 1. *recen.*

40 Indiuiduum enim consideratur nedum ex natura rei, sed ex partium intentione, & voluntate, quando quis aliàs non fuisset contracturus. *d. dec.* 261. *nu.* 28. *par.* 4. *to.* 2. *recen. Verall. dec.* 206. *nu.* 6. *par.* 1. Quæ quidem voluntas, & intentio contrahentium colligitur ex coniecturis, & verisimilitudine *dec. ead. nu.* 29.

41 Coniectura autem quod quis non fuisset conducturus minori tempore quam fuit expressum, est, si quis maiori pretio pro primo, quam pro secundo triennio conduxerit, censetur enim maiori pretio conduxisse in primo trien nio, vt minori acciperet in secundo: vnde licet pretium esset constitutum pro singulis triennijs, ex partium intentione videtur vnica locatio. *d. dec.* 30. *nu.* 4. *par.* 1. *recen.*

42 Similiter si alienatio facta sit sub vnico pretio, & sub vnica responsione inter easdem personas censetur indiuidua *dec.* 631. *nu.* 7. *par.* 2. *recen.* vbi de infeudatione bonorum, & decimarum infertur, quod, dum agitur de illius inualiditate, vnica dicitur alienatio, ita, vt vna parte annullata in omnibus nulla, & irrita censeri debeat.

Et in puncto locationis factæ pro vnico pretio quod, si ea est nulla in parte, sit nulla in totum, dictum fuit apud *Millin. dec.* 157. *nu.* 5. & *par.* 3. *recen. dec.* 435. *nu.* 4.

43 Quod procedit, etiamsi locatio inter diuersas personas facta fuerit, quia diuersitas personarum nihil operatur ad sustinendam locationem factam vltra tempus permissum, immo potius inducit suspicionem, quod ad fraudandam legem plures personæ intercesserint. *d. dec.* 30. *nu.* 4. *par.* 1. *recen.*

44 Sed licet vnici pretij constitutio inducat coniecturam, quod vnicam locationem contrahentes facere voluerint, declaratio pretij per singulos annos non operatur, vt locatio facta vltra triennium possit pro triennio sustineri, quia lex resistit, & ideo intrat conclusio, quod potui nolui &c. *vt in d. dec.* 435. *nu.* 4. *par.* 3. *recen.*

45 Ampliatur principalis conclusio, etiamsi non fuerint locata bona Ecclesiæ, sed fructus & prouentus, quia hæc cautela sublata est ex verbis *d. Extrauagan. Ambitiosa*, quia ibi prohibetur locatio vltra triennium: in locatione autem non transferuntur, nec vendunduntur bona, sed solum fructus & reditus, & ibi solum permittitur alienatio fructuum, qui seruando seruari non possunt, vt fuit consideratum *in Comen. locationis.* 20. *Martij.* 1600. *coram Cardinali Pamphilio, quam secuta est Rot. apud Merlin. d. dec.* 826. *nu.* 4.

46 Ampliatur secundo, etiamsi in locatione facta vltra triennium reseruatus fuerit assensus Apostolicus cum clausula, non aliàs, aliter, nec alio modo: quia hoc etiam casu vitiari in totum locationem, resolutum *in Romana locationis* 2. *Maij* 1593. *coram Blanchetto*, testatur *Ricc. in prima par. prax. aurea dec.* 115. *quem refert Boss. de alien. bonor. Eccles. nu* 341.

47 Ampliatur tertio, etiamsi locatio facta fuerit ad sexennium, vel nouennium cum declaratione, quod tot sint locationes, quot triennia, vel quod finito triennio censeatur renouata locatio

tio pro alio triennio; nam talis locatio vti facta in fraudem legis prohibita est, *vt in Placentina Decimarum 1. Sept. 1585. coram Bubalo, relata per Manti. de tacit. & ambig. lib. 5. tit. 4. nu. 21. & in d. dec. 30. n. 1. 4. par. 1. recen.* de quibus & supra meminimus *cap. 8. nu. 29. Mellin. d. dec. 157. nu. 1.*

48 Quod autem dictum est de locatione, procedit etiam in emphyteusi, in qua solitum fuit alteratum, tunc enim deficiente beneplacito Apostolico concessio vitiatur in totum, & neque intra formam solitam sustinetur, *vt in d. dec. 261. nu. 4. & nu. 23. & seqq. par. 4. to. 2. recen.* & congruunt supra not. *cap. 15. nu. 18. & seqq.*

49 Sed an hoc procedat solum in materia indiuidua *iuxta Clar. in §. emphyteusis. q. 6.* nō resoluit Rota loco citato; sed cum quæstio Dominis videretur Brocardica, adhuc retenta opinione *Clari* dictum fuit, concessionem eo casu in totum corruere, cum materia esset indiuidua *ex adduct. in ead. dec. num. 28. & seqq.*

50 Sanè cum præsupposito quod emphyteusis Ecclesiastica vltra secundam generationem porrigi nequeat *iuxta tex. in §. Emphyteusim. Auth. de non alien. & permutan.* concessionem factam vltra secundam generationem in totum vitiari, & nequidem intra secundam sustineri, voluit *Fulgin. de contr. emphyt. q. 7. 8. sub n. 6.* 11. motus auctoritate Rotæ *in Placentina Decimarum coram Bubalo, & in Brixien. locationis coram Pen. quæ est dec. 30. par. 1. recen. & in dec. 435. par. 3. rec.* de quibus & nos supra meminimus. Sed dictæ decisiones loquuntur in terminis locationis, à qua ad emphyteusim non videtur procedere argumentum in casu, & ad effectum de quo agitur, nisi alterato solito concessionis, vt infra dicetur; quippe locatio vltra triennium non est permissa absque licentia Papæ, ideo nec intra triennium ob indiuiduitatem formæ de iure requisitæ; at concessio in emphyteusim vltra secundam generationem est à iure per-

51 missa, cum dispositio *tex. in d. §. emphyteusim* correcta fuerit per alium *tex. in §. Licentiā. Auth. de alien. & emphyt.* per quem tex: & ad pronepotes extendi posse concessionem bonorum Ecclesię, licet regulariter emphyteusis Ecclesiastica vltra secundam generationem non concedatur, dictum fuit *apud Merlin. dec. 420. num. 9. 11. 12. & in Romana Casalis veteris. 4. Iunij 1655. §. idem suadet. Rpd. Albergato.* Propterea conclusio, quam firmat Rota in terminis locationis, non videtur applicabilis terminis emphyteusis, cum in casu locationis præsupponatur concessio inualida vltra triennium, quod non potest diei de emphyteusi concessa vltra secundam generationem, quæ est à iure permissa ex præallegatis, & per consequens neque à Paulina sublata, quæ non tollit concessiones in emphyteusim in casibus à iure permissis. Est verum quod *Rota in d. dec. 30. nu. 3. par. 1. recen.* arguit de emphyteusi ad locationē per *tex. in d. §. Emphyteusim*, vnde videtur Fulginei sententiam probare; sed cum non decidat principaliter casum emphyteusis, sed potius vtatur argumento *d. tex.* propter decretum irritans *in d. Auth.* sicut in *Estraneg. Ambitiosæ* appositum, quid in materia emphyteusis ex sententia Rotæ dicendum veniat, adhuc subsisto.

52 Quod si emphyteusis ecclesiastica ad secundam generationem concedi solita ad pronepotes porrigeretur, tunc planè intraret quæstio, an concessio intra tempus solitum sustineatur, quia cum beneplacitum Apostolicum propter alterationem soliti requireretur, intraret dubitatio, an illius defectus totam concessionem vitiet; & cum Fulgineo ex sententia Rotæ affirmatiuè responderem, prout arguendo ex identitate rationis, videlicet formæ indiuiduitate, probant decisiones in terminis locationis per ipsum allegatæ, quem in hunc sensum locutum fuisse, & intelligendum puto, prout in iisdem terminis, videlicet concessionis in qua solitum fuit alteratum,

lo-

loquitur præallegata *dec. 261. par. 4. to. 2. recen.*

53 Limitatur principalis conclusio, quando fuit facta locatio vltra triennium de bonis, ex quibus non percipiuntur fructus quolibet anno, tunc enim sustinetur etiam vltra triennium absque beneplacito Apostolico, dum tamen in dictis bonis vniformis adhibeatur cultura, & nō sint comprehensa alia bona, ex quibus fructus quolibet anno percipiantur. *Millin. dec. 157. n. 4. vers. alia limitatio. Rot. post Posth. de manuten. dec. 215. nu. 14. in fi. cum supra not. cap.* 8. *n.* 32. 33.

54 Cæterum si contractus ob indiuiduitatem in totum vitietur, & ista indiuiduitas respiciat fauorem emphyteutæ, is potest declarare, quod etiam absque pactis, ex quibus indiuiduitas resultat, contraxisset: nam allegare nullitatem est in potestate eius, ad cuius fauorem nullitas fuit inducta; si vero ista nullitas respiciat fauorem non solum emphyteutæ, sed etiam Ecclesiæ, non potest Ecclesia cogi stare contractui nulli, qui sustineri non potest absque nouo consensu etiam in eo quod erat solitum, ideo Ecclesia de tali nullitate potest opponere. *vt in d. dec.* 261. *nu.* 31. 32. 33. *par.* 4. *to.* 2. *recen*; ad quod conferunt supra not. *cap.* 22. *nu.* 3. *& cap.* 24. *num.* 1.

55 Sextus nullitatis effectus in ijsdem terminis locationis vltra triennium factæ absque beneplacito Apostolico is est, vt possessio per conductorem capta non sit manutenibilis, cum decretum irritans in *Extrauagan. Ambitiosæ* appositum omnem possessionem inficiat. *dec.* 219. *nu.* 3. *par* 10. *recen.* vbi quod possessio pro vacua habetur, *& in Romana affictus.* 27. *Ianuar.* 1627. *coram Rpd. Pirouano, impressa post tract. Posth. de manutenen. in ordine dec.* 215. *nu.* 15. *& seqq.*

56 Septimus in ijsdem terminis nullitatis effectus est vt relocatio tacita, quæ aliàs solet admitti quando res non est integra, quia colonus expensas pro integro anno iam fecerit, non procedat, vbi locatio est nulla, quia tunc nullum potest legitimum effectum producere. *d. dec.* 219. *nu.* 16. *par.* 10. *recen.*

57 Octaus nullitatis effectus in ijsdem terminis locationis est, vt in casu, in quo locus esset prælationi ad fauorem antiqui conductoris in bonis Ecclesiæ, ob nullitatem quę omnē iuris effectum impedit, impediatur etiam huiusmodi prælatio. *dec. ead. nu.* 24. *& in Romana relocationis domus.* 20. *Iunij* 1594. *&* 13. *Martij* 1595. *coram Rpd. Gipsio penes Pich. ad statut. Vrb. dec.* 38. *num.* 5. *vers. Insuper nō displicebat Dominis &c.*

---

## Alienatio rei Ecclesię nulliter facta alienantem subijcit pluribus pęnis per Paulinam Constitutionem, & Canones inductis.

## §. 4.

*Ad materiam vide tex. in can. Apostolicos, vbi Gl. in verbo, deponatur, & can. quisquis. & can. non Liceat, & c. statuimur.* 12. *q.* 2. *cum alijs pluribus tam ciuilibus, quam canonicis sanctionibus, & Bullis Apostolicis simul cum Extrauagan. Ambitiosæ, relatis per Redoan. de rebus Eccles. non alien. q.* 76. *cap.* 1. *& cap.* 2. *Rebuff. de alien. rerum Eccles. nu.* 59. *& num.* 105. *& seqq. Nauarr. de rebus Eccles. non alien. consil.* 3. *cum duobus seqq. Boss. de alien. bonor. Eccles. à num.* 552. *Fulgin. de contr. emphyt. q.* 16.

### SVMMARIVM.

58 *Alienans rem Ecclesiæ, illiusque possessionem tradens ante obtentum beneplacitum Apostolicum incidit pænas Extrauagan. Ambitiosæ. de rebus Eccles. non alien.*

*Am-*

*Amplia, & declara vt nu. 59. 60.*

61 *Alienatio facta contra formam d. Extrauagan. nullius est roboris.*

62 *Alienans rem Ecclesiæ contra formam Etrauagan. Ambitiosæ excommunicatus in eadem Extrauagan. declaratur.*

63 *Possessio excommunicati vigore Extrauagan. Ambitiosæ non est manutenibilis.*

64 *Alienans bona Ecclesiæ inconsulto superiore per Extrauagan. Ambitiosæ beneficio ipso iure priuatur.*

*Secus est, si fructus, tantum dissipet, in profanos, & illicitos, vsus eos conuertendo nu. 65.*

*Item tenetur restituere Ecclesiæ, atq; illius debitor efficitur pro quantitate alienata. 66.*

*Nec non pro fructibus rei alienatæ. 67.*

68 *Si Prælatus male alienet rem Ecclesiæ, Ecclesia quoad ipsum alienantem dicitur vacare.*

69 *Prælatus male alienans rem Ecclesiæ non facit fructus suos.*

70 *Fructus rei male alienatæ per Prælatum à quolibet peti possunt, & etiam ab Ecclesia.*

71 *Pœna per Paulinam imposita alienantibus rem Ecclesiæ contra formam ab ea præscriptam locum habet contra alienantes, etiamsi Ecclesia approbet alienationem nullam.*

58 NOnus effectus nullitatis ex inobseruantia formæ à Paulina Constitutione præscriptæ resultantis est, vt alienans incidat pœnas in dicta Constitutione expressas, si possessionem emptori tradidit. *dec. 275. nu. 19. par. 10. recen.*

59 Amplia, licet in alienationis instrumento beneplacitum fuerit reseruatum. *dec ead. nu. eod.*

60 Quod intellige, si simpliciter reseruatum fuerit, secus si cum clausula, non alias aliter, nec alio modo, prout distinguitur in *ead. dec. num. 20.* & nos supra notauimus. *Cap. 12. nu. 14.*

Pœnæ autem à Paulina inflictæ, & quæ etiam antea male alienantibus res Ecclesiæ per Canones irrogantur, sunt plures.

61 Et prima est, vt alienatio aliter facta ac in dicta Constitutione præscribitur, nullius omnino sit roboris vel momenti, sunt verba expressa Constitutionis ibi: *& additur pœna, quod si quis contra hanc formam alienare præsumpserit, alienatio hypotheca, concessio, locatio, conductio, & infeudatio huiusmodi nullius omnino sint roboris vel momenti &c.* Quod habetur etiam in *c. non liceat. 12. q. 2. c. Nulli. de rebus eccles. non alien. & in Clem. 1. tit. eod.* & notatur per *Rot. coram Manti. dec. 201. nu. 1. & coram Merlin. dec. 826. n. eod.* vbi quod procedit etiamsi alienatio fiat in aliam Ecclesiam: *& recen. par. 8. dec. 306. nu. 3 in fi.* vbi quod alienatione sine solemnitatibus facta, obligationes & hypothecæ resoluuntur: *& par. 10. dec. 219. nu. 2.* cum pluribus ibi relatis, & alijs per nos supra adductis *cap. 8. nu. 2.*

62 Secunda pœna est, vt alienans contra formam d. Constitutionis sit excommunicatus, vt habetur in eadem Constitutione ibi: *& tam qui alienat, quam qui res alienatas recipit, sententiam excommunicationis incurrat &c.* & traditur *Rot. dec. 193. nu. 1. par. 5. recen.* & penes *Manti. d. dec. 201. n. 6.* vbi quod etiam ante Paulinam Constitutionem pœna excommunicationis, & suspensionis ab officio alienanti irrogatur, *vt in d. c. non liceat Papæ. 12. q. 2. & in c. si quis presbiterorum. de reb. Eccles. non alien. & in d. Clem. 1. eod. tit.*

63 Et dicta pœna excommunicationis operatur, vt possessio emptori seu locatori tradita non sit manutenibilis, *vt in d. dec. 193. nu. 2. par. 5. recen.* licet in casu d. decisionis contrarium resoluatur, quia non fuit actum nomine particularium qui alienauerant, sed nomine Ecclesiæ, cui particulares non potuerant præiudicare.

64 Tertia pœna est, vt taliter alienans

ipso iure priuatus beneficio censeatur, ita quoad Prælatos inferiores disponente Constitutione ibi - *Prælati verò inferiores, cuiuscumque gradus, vel curata, vel non curata cuiusuis generis, beneficia obtinentes, sint ipso facto priuati beneficÿs, quorum bona ipsi alienant &c.* Ad cuius Constitutionis præscriptū respondit *Rot. diuers. par. 3. lib. 3. dec. 896. & recen. par. 4. to. 2. dec. 340. num. 2.* Rectorem qui in emphyteusim concesserat bona Ecclesiæ in consulto superiore, ipso iure priuatum esse beneficio propter Paulinam; & apud *Verall. dec. 182. nu. 3. par. 3.* dictum fuit, Rectorem qui locauerit bona suæ Ecclesiæ contra formam dictæ *Extrauagan.* litem perdere & possessionem beneficij.

65 Sed tamen talis pæna non habet locum in Prælato dissipante fructus, & reditus Ecclesię, cum beneficiati vita durante æquiparentur vsufructuarijs, & redituum Ecclesiasticorum dominium aquirant, & quamuis, si male reditibus vtantur, & in prauos vsus eos conuertant, grauiter peccent, non propterea incidunt in pænam priuationis beneficiorum; Quod eo magis locum habet in Prælatis, & Clericis sæcularibus, qui in dispensatione redituum Ecclesiasticorum pinguius ius quam Regulares habere dicuntur. *Pen. dec. 600. nu. 8. 9.* vbi de Abbate accusato quod reditus, & prouentus Ecclesiæ in vsus profanos, & illicitos conuerteret, alendo concubinam, & spurios.

66 Quarta est pæna, vt alienans contra formam Paulinæ efficiatur debitor Ecclesiæ pro quantitate alienata, quam simul cum fructibus Ecclesiæ restituere
67 tenetur, vt in d. Constitutione Paulina ibi - *& nihilominus res ipsæ alienatæ redeant ad Ecclesiam &c. & in c. statuimus, & in c. non liceat. 12. q. 2. Seraph. dec. 598. num. 6. 7. 8.* vbi etiam quod Rector debet ex fructibus, si potest, Ecclesiæ indigentijs prouidere, non autem bona Ecclesiæ alienare: *& diuers. par. 1. dec. 278. num. 1.* cum supra not. *cap. 16. nu. 11. 12.*

68 Quinta est pæna, vt Ecclesia cuius bona male alienantur, quoad ipsum alienantem vacare censeatur, vt in dicta Constitutione ibi - *ita quod talia beneficia vacare censeantur &c.* & not. *Rot. diuers. par. 2. dec. 246. nu. 3.*

69 Ex hoc autem sequitur, Prælatum res Ecclesiæ male alienantem fructus suos non facere, ita vt quilibet, & etiam Ec-
70 clesia possit rem cum fructibus petere, iuxta *cap. si quis presbiterorum. de reb. Eccles. non alien. Rot. diuers. par. 2. d. dec. 246. nu. 4.*

71 Et prædictæ pænæ contra male alienantes bona Ecclesiæ locum habent, etiamsi Ecclesia alienationem nullam velit approbare; quod Constitutum est, vt Prælati ab alienationibus rerum Ecclesiæ sine legitima causa, & solemnitate requisita magis abstineant, prout habetur apud *Manti. d. dec. 201. nu. 6. in fi.* & supra notauimus *cap. 22. nu. 7.*

---

## De præscriptione rerum Ecclesiæ male, & nulliter alienatarum.

## CAP. XXVIII.

*Materia tex. in cap. de quarta, vbi Gl. latè in verbo, quadragenaria, & verbo, se posse tueri, & verbo, caruisset, de præscript. & in cap. ad aures, vbi Gl. in verbo, quadragenalis, & cap. illud, vbi Gl. in verbo, aduersus Ecclesiam, & cap. quia, & cap. auditis, vbi Gl. verbo, subducto, & in cap. ad audientiam, & cap. cum nobis, vbi Gl. in verbo, centenaria. tit. eod. Vide Gl. in cap. cum accessissent, in verbo melius videtur, & ibi Omnes. de Constit. & in cap. accedentibus. de priuil. Pelin. in d. cap. de quarta. nu. 1. & ibi Add. & latè Abb. de præ-*

*præscript. DD. cōmuniter in Auth. quas actiones, & in l. fi. vbi Bar. C. de sacros. Eccles. Couar. in cap. possessor. relect. 2. §. 2. de præscript. Guidopap. dec. 150. & ibi Add. verbo, præscriptio. & dec. 152. & dec. 159. & ibi Add. in verbo, causam præscribendi. & dec. 161. latè Redoan. de reb. Eccles. non alien. q. 2. cap. 3. & q. 46. nu. 11. & q. 78. Ruin. cons. 163. in fi. vol. 5. Mascard. de prob. concl. 1214. nu. 25. 26. 73. Simoncel. de decreto tit. 9. nu. 46. Gratia. discept. 2. nu. 7. & seqq. & cap. 173. nu. 1. Pacif. de Salu. inspect. 2. cap. 2. nu. 279. & seqq.*

## SVMMARIVM.

1 *Res Ecclesiæ male alienata 40. annorum spatio præscribitur. Amplia, & in iuribus Ecclesiæ quæ priuilegio aquiri possunt. nu. 2.*

3 *Præscriptibile est quidquid potest per priuilegium aquiri.*

4 *Ius administrandi bona Ecclesiæ 40. annorum spatio præscribitur.*

5 *Ius recipiendi redditionem rationum ab administratoribus bonorum Ecclesiæ de iure soli Episcopo competens contraria consuetudine 40. annorum contra Episcopum præscribitur.*

6 *Ius obedientiale per 40. annos præscribitur.*

*Item ius adeundi hæreditatem Ecclesiæ delatam. nu. 7.*

*Item ius præsentandi. nu. 8.*

9 *Decimæ quadragenaria præscriptione cum titulo aquiri possunt.*

10 *Præscriptio minor quadragenaria contra Ecclesiam non currit.*

*Neque contra Hospitale. nu. 11.*

*Et maxime in materia in qua ius resistit. nu. 12*

*Amplia etsi agatur de Ecclesia contra Ecclesiam. nu. 13.*

14 *Dec. 682. nu. 3. par. 3. rec. declaratur.*

15 *Ecclesia contra Ecclesiam triginta annorum cursu iure veteri præscribebat: iure autem nouo quadragenaria præscriptio contra Ecclesiam requiritur, siue ea à priuato, siue ab altera Ecclesia procedat.*

16 *Hipothecaria contra Ecclesiam 40. annorum spatio tantùm præscribitur.*

17 *Præscriptio quadragenaria Ecclesiæ præiudicat, seu versemur in materia in qua ius assistit, siue in materia, in qua ius resistit.*

18 *Præscriptione quadragenaria etiam remedium restitutorium can. reintegranda. tollitur iuxta veriorem opinionem*

19 *Quadragenaria præscriptio currit contra Ecclesiam concurrente bona fide, & non alias.*

20 *Litis mota tempus subducendum est in computanda quadragenaria. Quod procedit etiamsi lis mota esset in indictio iactationum. nu. 21.*

22 *Bona fides de iure canonico omnino requiritur tam ad inchoandam, quam perficiendam præscriptionem.*

23 *Præscriptio cessat, si per minimum temporis spatium cesset bona fides.*

24 *Præscribendi iusta causa non oritur ex contractu simulato, & illicito.*

25 *Mala fides auctorum nocet hæredibus ad effectum præscribendi.*

26 *Mala fides Prælati nocet Ecclesiæ ad præscribendum.*

27 *Mala fides quando non noceat ad effectum præscribendi contra Ecclesiam.*

28 *Præscriptio quadragenaria contra Constitutionem Papalem fauore Ecclesiæ, & non priuatorum editam sine expressa scientia Papæ non currit.*

29 *Fauori Ecclesiæ nec expressè, nec tacitè renuntiari potest.*

30 *In præscriptione quadragenaria computanda tempus Ecclesiæ vacantis subduci debet.*

31 *Præscriptio non currit vacante Ecclesia, quia Ecclesia caret legitimo defensore.*

32 *In præscriptione quadragenaria computanda*

*tanda subducendum est tempus vitæ Prælati qui malè alienauit: Item tempus absentiæ successorum, à quibus Ecclesia iura defendi non potuerunt. nu. 33. Declara vt nu. 34.*

35 *Præscriptio sede vacante non currit in rebus communibus inter capitulum, & Prælatum.*

*Amplia etsi non inferatur, sed inferri possit præiuditium. nu. 36.*

*Amplia etiamsi agatur de præiuditio Prælati non primario, sed secundario. nu. 37.*

*Et etiamsi Capitulum sede vacante agere posset. nu. 40.*

38 *Præscriptio quod non currat sede vacante, & quod causa sileat à pari procedunt: immo facilius præscriptio quam actio sede vacante impeditur. 39.*

41 *Præscriptio quadragenaria non officit Ecclesiæ, quin ex capite ignorantiæ in integrum restituatur.*

42 *Præscriptio quadragenaria non sufficit contra Romanam Ecclesiam, sed centenaria requiritur.*

43 *Præscriptio quadragenaria sufficit contra vasallum Ecclesiæ ad effectum præscribendi ius vasallagij.*

44 *Præscriptio quadragenaria non sufficit contra Ecclesias, seu Monasteria, contra quæ ex priuilegio Apostolico longioris temporis spatium requiritur ad præscribendum, veluti contra Monachos Cassinenses, & Oliuetanos.*

45 *Præscriptio quadragenaria contra Ecclesias hodie est sublata ex Constitutione Sa.me: Vrbani VIII., reseruata tantum centenaria, & immemorabili.*

46 *Præscriptio quadragenaria, & centenaria quomodo per testes probentur, remissiuè.*

1 RES Ecclesiæ male, & nulliter alienata 40. annorum spatio præscribitur. *Buratt. dec. 704. nu. 8. Caualer. dec. 91. nu. 1. & diuers. par. 2. dec. 180. nu. 6. & recen. par. 5. dec. 373. nu. 10. & par. 10. dec. 4. nu. 14.*

2 Amplia, & in iuribus Ecclesiæ, quæ priuilegio aquiri possunt: omne enim quod est quæsibile per priuilegium, est
3 etiam quæsibile per præscriptionem. *Caualer. d. dec. 91. nu. 2. & par. 7. recen. dec. 295. nu. 36.*

4 Hinc ius locandi, & administrandi bona Ecclesiæ, competens Capitulo simul cum Benefitiatis potuisse per Capitulum contra Benefitiatos 40. annorum spatio præscribi, dicebatur pænes *Caualer. d. dec. 91. nu 1. 2. 3.* licet ibi contrarium decisum fuerit ob spetialem rationem ordinationis Apostolicæ circa gubernium Ecclesiæ, quæ per contrarium vsum absque expressa scientia Papæ tolli non poterat.

5 Similiter ius recipiendi redditionem rationum ab administratoribus de iure soli Episcopo competens contraria consuetudine annorum 40. contra Episcopum potuisse præscribi, ita vt non Episcopus solus, sed iunctus cum illis, quibus ratio de consuetudine reddebatur, rationes recipere deberet, dicebatur *in decisione 355. nu. 1. 2.* licet in casu decisionis contrarium resoluatur, quia non constabat de consuetudine, *vt sub nu. 4.*

6 Similiter ius obedientiale 40. annorum spatio præscribi, dictum fuit in *dec. 30. nu. 10. 11. par. 11. recen.*

7 Et eodem temporis cursu præscribi ius adeundi hæreditatem Monasterio delatam, dictum fuit coram *Caualer. dec. 346 nu. 3.*

8 Et de præscriptione iuris præsentandi aduersus Capellanos prætendentes medietatem iurispatronatus, est *dec. 191. nu. 13. par. 5. recen.* cum ibi not.

9 Et de præscriptione decimarum est *dec. 203. nu. 1. par. 5. recen. & Seraph. dec. 802. nu. 1. & dec. 1404. nu. 3.* intelligendo tamen de præscriptione quadragenaria cum titulo, prout loquuntur dictæ decisiones.

10 Præscriptio autem minor quadragenaria contra Ecclesiam non currit. *Buratt. dec. 774. nu. 4. Caual. d. dec. 346. nu. 2.*

11 Ne-

11 Neque contra Hospitale, quod eodem vritur beneficio. *Buratt. dec. ead. nu.* 5.

12 Et maximè in materia, in qua ius resistit. *dec.* 497. *nu.* 4. *par.* 1. *recen. & d. dec.* 373. *nu.* 10. *par.* 5.

13 Amplia, etsi agatur de Ecclesia contra Ecclesiam, quia adhuc quadragenaria requiritur, nec minus tempus suffragatur. *Putc. dec.* 251. *nu.* 2. *lib.* 3. *in correct. & dec.* 192. *nu.* 25. *& dec.* 254. *nu.* 19. *par.* 7. *recen.*

14 Nec contrariatur *dec.* 682. *nu.* 3. *par.* 3. *recen.* vbi quod vna Ecclesia praescribit aduersus aliam spatio 30. vel 40. annorum. Etenim intelligenda est iuxta doctrinas per eam allegatas, videlicet notata per *Couar. in cap. possessor. in* 2. *relect.* §. 2. *nu.* 3. *de reg. iur.* qui postquam probauit, iure veteri Ecclesiam contra Ecclesiam triginta annorum spa-
15 tio praescripsisse, vt per plures canones *nu.* 1. *&* 2. allegatos, subdit *nu.* 3. praedictos canones antiquatos fuisse per Romanos Pontifices, qui quadragenariam praescriptionem necessariam esse sanxerunt aduersus Ecclesiam, eiusque bona, siue praescriptio procedat à priuato, siue ab alia Ecclesia iuxta *tex. insignem in cap. de quarta. de praescript. & cap. illud. cap. ad aures tit. eod.*

16 Amplia, etsi agatur de hypothecaria, quae licet à tertio possessore decennio regulariter praescribatur, non tamen praescribitur aduersus Ecclesiam minoris temporis cursu quam annorum 40. *Seraph. dec.* 920. *nu.* 6.

17 Principalis conclusio ampliatur, vt quadragenaria praescriptio obster Ecclesiae, seu versemur in materia, in qua ius assistit, & ideo facilius admittitur praescriptio, vt apud *Caualer. d. dec.* 91. *nu.* 3.; seu versemur in materia, in qua ius resistit, *vt in d dec.* 355. *nu.* 2. *& dec.* 497. *nu.* 4. *par.* 1. *recen. & dec.* 373. *nu.* 10 *par.* 5.

18 Ampliatur secundo, vt quadragenaria praescriptione etiam remedium *can. reintegranda* tollatur; nam licet secundum aliquos Ecclesia pro recuperatione bonorum male alienatorum semper vti possit praefato remedio restitutorio, ita vt nullo tempore id sit praescriptibile, contrariam tamen sententiam vti magis communem tenuit *Rota apud Seraph. dec.* 1360. *per tot. & par.* 6. *recen. dec.* 139. *nu* 8. *impressa etiam post Postb. de manuten. in ordine dec.* 330.

19 Declaratur eadem principalis conclusio, vt quadragenaria praescriptio procedat contra Ecclesiam concurrente bona fide, & non aliàs, *vt in dec.* 47. *nu.* 11. *par.* 11. *recen.*, vbi, propter euidentem tituli nullitatem, atque iniustitiam malae fidei inductiuam, dictum fuit, non intrare praescriptionem: & apud *Caualer. d. dec.* 91. *nu.* 10. 11., vbi, propter scientiam quam habebant Canonici Constitutionis Apostolicae, penes ipsos semper retentae, dictum fuit, non potuisse praescribi ius administrandi bona Ecclesiae priuatiuè quoad Beneficiatos contra expressam dispositionem d. Constitutionis.

20 Hinc tempus litis motae subducendum est in computanda quadragenaria *Buratt. dec.* 598. *nu.* 19.

21 Quod procedit, etiamsi lis mota esset in iuditio iactationum; nam ex sollicitudine conscientiae, quod res sit aliena, vel iniuste possessa, insurgit mala fides, quae, quocumque modo superueniat, semper de iure canonico interrumpit praescriptionem: cum hoc iure attento requiratur omnino bona fides tam ad
22 inchoandam, quam perficiendam praescriptionem, & cessante bona fide etiam per minimum temporis spatium cesset
23 praescriptio. *Merlin. dec.* 702. *nu.* 18. *& seqq. praecipuè nu.* 23. 34. 35. *& recen. par.* 2. *dec.* 164. *n.* 3. 4., vbi etiam quod ex contractu simulato, & illicito iusta
24 causa praescribendi non oritur, & quod
25 mala fides auctorum nocet haeredibus.
26 Quod aequè procedit in Ecclesia praescriptionem allegante aduersus priuatum. *Seraph. dec.* 602. *nu.* 16. vbi quod ex mala fide Praelati Ecclesia praeiudicatur in praescribendo.

27 Declarationem limita, vbi ageretur

de

de auferenda hæreditate hæredibus institutis iam aquisita, & aquirenda Ecclesiæ propter inobseruantiam testamenti: tunc enim mala fides hæredibus præscriptionem allegantibus non obstaret, quia in quærendis non est necessaria bona fides. *dec.* 180. *nu.* 8. *par.* 2. *diuers. Pute. dec.* 124. *lib.* 2. *in correct.*

28 Declaratur secundo principalis conclusio, vt quadragenaria præscriptio contra Constitutionem Papalem, non priuatorum sed Ecclesiæ fauore editam, sine expressa scientia Papæ locum non habeat: quia lex Papæ ab inferioribus nulla præscriptione tolli potest contra eius mentem, & contra fauorem Eccle-
29 siæ, cui nec tacitè, nec expressè potest renunciari. *Caualer. d. dec.* 91. *n* 5. 6. 7. vbi quod ad hunc effectum omnino necessaria est scientia Papæ, sine qua non potest considerari aliqua legitima præscriptio, quia non probata scientia legislatoris, aut successoris æqualem potestatem habentis contrarius vsus non suffragatur.

30 Declaratur Tertio, vt in computanda quadragenaria tempus Ecclesiæ vacantis subduci debeat, quia vacante Ecclesia non currit præscriptio. *dec.* 7. *vers. Maior pars. de rerum permut. in nou.*, vbi quod tunc præscriptio incipere non potest, ergo nec mediare, nec fi-
31 nire, quia Ecclesia caret legitimo defensore. *Pen. dec.* 1023. *num.* 2. *Buratt. dec.* 629. *in princ. & dec.* 598. *nu.* 1. 2. vbi quod Ecclesia viduata Pastore æquiparatur pupillo indefenso, & vtriusque ius seruatur illæsum.

32 Hinc quadragenaria non dicitur currere contra Ecclesiam nisi post mortem Prælati, qui male alienauit, quia is non videtur Prælatus, & legitimus defensor quoad illam rem, & cum dereliquerit suam Ecclesiam, illa censetur vacare toto tempore vitæ huiusmodi Prælati, quod propterea in computatione quadragenariæ subduci debet. *dec.* 94. *nu.* 13. *& seqq. par.* 7. *recen. quæ inter impress. Merlin. est dec.* 762. *& dec.* 82. *nu.* 14. *par.* 11. *recen.* vbi etiam sub *nu.* 15.

33 quod pariter subduci debet tempus absentiæ successorum, à quibus iura Ecclesiæ defendi non potuerunt.

34 Quod intellige, quando alienatio fuit nulla ab initio, secus quando fuit facta cum debita solemnitate iuxta distinctionem *Coccin. dec.* 445. *nu.* 8., de qua etiam supra. *cap.* 20. *nu.* 12.

Sed an vacante sede præscriptio locũ habeat in rebus cõmunibus inter Capitulum, & Prælatum, dubitatum fuit *corã Pute. dec.* 404. *lib.* 2. *in correct.* & resolu-
35 tum præscriptionem nõ currere, idque confirmatum in *dec.* 410. *n.* 1. 4. 5. *eod. lib.* 2. & successiuè tentum *coram Buratt. dec.* 598. *num.* 12. *& post Statil. de Salu. dec.* 238. *nu.* 8.

36 Amplia etiamsi non inferatur, sed inferri possit præiuditium, cum potentia inferendi sufficiat, vt in re communi non currat præscriptio. *Pute. d. dec.* 404 *nu.* 2. *& dec.* 410 *nu.* 1. 3. 4. *lib.* 2. *Buratt. d. dec.* 629. *nu.* 9.

37 Amplia Secundo, etiamsi agatur de præiudicio Prælati non primario, sed secundario, quia scilicet principaliter præiudicetur Capitulo, & secundario Prælato. Etenim vbi iura Capituli diminuuntur, diminuitur etiam ius Prælati, qui est speciale caput Capituli: & cum quo facit vnum corpus: vnde, vbi agitur de præiuditio corporis, agitur etiam de præiuditio capitis, quód sine dicto corpore non consistit *Pute. d. dec.* 404. *nu.* 3. *& d. dec.* 410. *nu.* 3. 4 *lib.* 2. *Buratt. d. dec.* 629. *nu.* 1. 2., vbi quod ad impediendam præscriptionem non est necessarium interresse primarium, sed sufficit quale, quale interresse: prout sufficit ad hoc ne causa sede vacante
38 tractari possit, cum a pari procedat, quod sileat causa, & non currat præscri-
39 ptio, immo facilius impediatur præscriptio sede vacante, quam actio.

40 Amplia Tertio, etiamsi Capitulum sede vacante agere posset, quia in rebus communibus inter Prælatum, & Capitulum sede vacante non currit præscriptio, siue Capitulum non possit agere, siue possit, propter præiuditium quod ex actione

actione intentata parari posset Prælato. *Pute. dec. 431. & dec. 439. lib. 2.*

41 Declaratur Quarto principalis conclusio, vt præscriptio annorum 40. licet officiat Ecclesiæ, non tamen impediat, quin Ecclesia ex capite ignorantiæ in integrum restituatur *dec. 39. nu. 1. par. 3. lib. 2. diuers.* cum allegatis *cap. seq.*

42 Limitatur eadem principalis conclusio, vt quadragenaria præscriptio non sufficiat contra Romanam Ecclesiam, contra quam centenaria tantum admittitur. *Pute. dec. 410. nu. 2. lib. 2.*

43 Sublimita in vasallo Romanæ Ecclesiæ, contra quem ius vasallagij 40. annorum spatio præscribitur, quia præiudicium secundario, non autem principaliter Romanam Ecclesiam concernit. *Pute. d. dec. 410. nu. 2. lib. 2.*

44 Limitatur Secundo dicta principalis conclusio, vt quadragenaria non sufficiat contra Ecclesias seu Monasteria, contra quæ ex priuilegio Apostolico longioris temporis spatium ad præscribendum requiritur, veluti contra Monachos Cassinenses, quorum bona ex priuilegio Eugenij IV. centenaria tantum præscriptione aquiri possunt vt apud *Seraph. dec. 1016. nu. 3. & par. 3. recen. dec. 14. nu. 2.* & contra Oliuetanos, contra quos ex priuilegio Iulij III. non minoris temporis currit præscriptio quam annorum 60. vt apud *Canaler. dec. 346. nu. 3.*

45 Limitatur Tertio vt hodie non procedat ex Constitutione sa: me. Vrbani VIII. edita sub die 5. Iunij 1640., per quam omnis præscriptio contra Ecclesiam reprobatur excepta centenaria, & immemorabili, *vt in dec. 47. num. 12. par. 11. recen. & in Barchinonen. exemptionis. 13. Iunij 1646. §. tum quia. coram Eminentissimo Corrado, cum supra not. cap. 14. nu. 38. 39.*

46 Quomodo autem, & qualiter testes quadragenariam aut centenariam præscriptionem probent, videas *dec 82. par. 11. recen. & Buratt. dec. 598. n. 18.* Materiæ enim quam tractamus limites non excedere, par est.

De restitutione in integrum, quæ Ecclesiæ competit aduersus præscriptionem 40. annorum, item aduersus iudicialia, & cōtractus.

## CAP. XXIX.

*Materia tex: in cap. 1. & tot. tit. de restit. in integr. & Clemen. vnic. tit. eod. & de qua Abb. in cap. 1. de præscript. in fi. & in cap. Nulli. nu. 14. de reb. Eccles. non alien. Felin. in cap. vigilanti. tit. eod. Butr. in cap. auditis. de restit. in integr. Molina de iustit. to. 1. disp. 80 in princ. Redoan. de reb. eccles. nō alien. quæst. 78. cap. 3. per tot. Afflict. dec. 329 nu. 7. & ibi Vrsill. nu. 1. Capella Tholos. dec. 239. per tot. Odd. de restit. in integr. q. 4. nu. 4. 5. & q. 36. num. 15. 73. 74. & q. 88. nu. 35. Guidopap. dec. 170. Surd. cons. 95. num. 15. 16. Giurba dec. Sicil. 18. n. 15. 16. Gratia. discept. 439. nu. 44. Boss. de alien. bonor. eccles. num. 506. & num. 529. & seqq. latè. Couar. var. resol. lib. 1. cap. 3. nu. 11.*

### SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum Ecclesiæ conceditur aduersus præscriptionem 40. annorum.*

*Similiter, & hospitali. nu. 2.*

3 *Restitutio in integrum aduersus præscriptionem an concedatur Ecclesiæ ex solo capite iusta ignorantia, plures fuit dubitatum in Rota, quæ affirmatiuam tenuit, cum declarationibus de quibus. nu. 6. 7.*

4 *Restitutio aduersus statutariam præscriptionem datur etiam priuato stante verisimili ignorantia.*

5 Re-

5 *Restitutio Ecclesiæ conceditur aduersus ommissum implementum conditionis, sub qua fuit hæres instituta, quando ommissio oritur ab ignorantia seu iusta credulitate.*

6 *Restitutio ex capite ignorantiæ non conceditur, nisi ignorantia sit iusta, & probabilis, & circa quam nulla interuenerit negligentia: item nisi ex iustis causis petatur restitutio. nn. 7.*

8 *Læsio dicitur iusta causa petendi restitutionem in integrum.*

9 *Nullitas non censetur iusta Causa concedenda restitutioni in integrum. Contrarium tamen videtur alibi sensisse Rota. nu. 10.*

11 *Restitutio datur Ecclesiæ aduersus quadragenariam præscriptionẽ etiam post quadriennium ad petendam restitutionem præfixum.*

12 *Quadriennium ad petendam restitutionem concessum est vtile, ideo non currit nisi à die scientiæ. Amplia vt nu. 13. 14.*

15 *Ecclesia, & vniuersitas æquiparantur.*

16 *Restitutio non datur absque læsione. Idque procedit etiam in personis, & locis priuilegiatis, & in spetie in Fisco, minore, & Ecclesia. nu. 17.*

18 *Læsio adhuc effectum consideratur non tantum respectu rei quæ præscribitur, sed respectu totius patrimonij Ecclesiæ*

19 *Læsione probata restituitur Ecclesia non solum aduersus præscriptionem, sed etiam aduersus inditialia, veluti aduersus lapsum fatalium ad prosequendam causam appellationis. Amplia etiam post quadriennium. n. 20. Declara vt nu. 21. 22.*

23 *Restitutio post quadriennium non datur in benefitialibus.*

24 *Restitutio Ecclesiæ conceditur probata læsione contra sententiam in iudicatam transactam.*

25 *Læsio ad effectum obtinendi restitutionem contra sententiam consistit in iniustitia. Et sufficit iniustitia qualisbet licet non sit notoria, maxime in supremis Tribunalibus. nu. 26.*

27 *Restitutio probata læsione Ecclesiæ conceditur tam contra plures sententias, conformes, quam contra vnam in iudicatum transactam.*

28 *Restitutio contra sententiam non conceditur cessante re iudicata, quia competit remedium ordinariũ appellationis.*

29 *Restitutio Ecclesiæ conceditur etiam post quadriennium probata læsione. Declara vt nu. 30. 31.*

32 *Quadriennij lapsus, constito de bono iure in curia non attenditur: & Rotæ stilus est supersedere in executione, & hoc ipso habere partem pro restituta.*

33 *Læsio enormissima quomodo consideretur ad effectum obtinendi restitutionem aduersus sententiam post quadriennium. Item nu. 34.*

35 *Ecclesia restituitur aduersus contractum læsiuum debitis cum solemnitatibus factum.*

36 *Læsio qualis requiratur vt Ecclesia restitutionem obtineat contra contractum validum.*

37 *Læsio qualis requiratur ad obtinendam restitutionem contra transactionem.*

38 *Læsio de quo tempore sit consideranda.*

39 *Ecclesiæ allegantiæ læsionem incumbit onus probandi, quando contractus est validus; & qualis probatio adhuc effectum requiratur. nu. 40.*

41 *Restitutio in integrum quos effectus operetur, remissiuè.*



Licet præscriptio 40. annorum etiam Ecclesiæ præiudicet ex not. in cap. præcedenti: attamen regula est, quod aduersus huiusmodi præscriptionẽ Ecclesiæ succurritur per
1 restitutionem in integrum. *Buratt. dec. 774. nu. 6.* vbi de communi, *& diuers. par. 1. dec. 428. & recen. par. 3. dec. 574. nu. 1.* Similiter, & Hospitali quod eo-
2 dem vtitur beneficio. *Buratt. d. dec. 774. nu. 5. 6. in fi.*

3 Sed an restitutionis benefitium aduersus præscriptionem concedatur Ecclesiæ ex solo capite iustæ ignorantiæ. non semel fuit dubitatum in Rota, vt videri potest in *dec. 387. num. 1. par. 1. diuers.*

*diuerſ. & dec. 87. nu. 1. par. 1. recen.*
Et affirmatiuam opinionem tenuit. *Rota. dec. 39. nu. 1. par. 3. diuerſ. lib. 2. & admiſit in dec. 428. n. 1. verſ. ſi enim Monaſterium. par. 1. diuerſ. & recent. par. 1. d. dec. 87. nu. 1.*

4 Quibus ſatis congruunt tradita per
*Rot. apud Gregor. XV. dec. 425. nu. 11.*
vbi quod ſtante veriſimili ignorantia
datur etiam priuato contra ſtatutariam
præſcriptionem in integrum reſtitutio:
*Et in Romana hæreditatis* 18. *Martij.*
1650. *§. fi. R. P. D. Roias*, vbi quod ad-
5 uerſus ommiſſum implementum condi-
tionis in ſubſtitutione appoſitæ datur
Eccleſiæ in integrum reſtitutio, quando
ommiſſio oritur ex errore probabili cau-
ſato ab ignorantia, vel interuenit iuſta
credulitas; nam, & in dictis caſibus pro-
babilis ignorantia attenditur vti iuſta
cauſa reſtitutionis in integrum.

6 Verum præmiſſam concluſionem ſuc-
ceſſiuè Rota non niſi cum declaratione
admiſit: & primo quidem, vt ignoran-
tia ſit iuſta, & probabilis, & plenè pro-
bata, & circa quam nulla interuenerit
negligentia. *d. dec. 387. nu. 1. 3. par. 1. diuerſ. & d. dec. 87. nu. 2. par. 1. recen.* vbi quod ignorantia ad hunc effectum debet eſſe omni ex parte excuſabilis. Nam ad impediendam reſtitutionem ſufficit ſcientia præſumpta, & ex coniecturis, etiamſi coniecturæ ſint remotæ, ex deciſionibus allegatis. *per Add. ad Buratt. dec. 404. nu. 8.*

7 Secundo vt ex iuſtis cauſis petatur reſtitutio, prout declarando *deciſ. 428. par. 1. diuerſ. reſpondit Rota dec. 574 n. 1. par. 3. recen.*

8 Et iuſta cauſa ad hunc effectum dicitur læſio, *d. dec. 87. nu. 3. par. 1. recen. & d. dec. 574 nu. 5. & dec. 3. num. 1. par. 3. recen.*

9 Nullitas autem non cenſetur iuſta cauſa concedendæ reſtitutionis, quia remedio ordinario nullitatis agendum eſt, & non extraordinario, ac ſubſidiario reſtitutionis in integrum. *dec. 731. nu. 2. par. 2. recen.*

10 Licet contrarium videatur ſenſiſſe *Rota d. dec. 574. nu. 2. & ſeqq. par. 3. recen.* vbi conſiderando cauſas allegatas ad effectum obtinendi reſtitutionem, non ſolum læſionem, ſed & nullitates oppoſitas ponderat atque refellit.

11 Ampliatur principalis concluſio, vt
reſtitutio detur Eccleſiæ aduerſus qua-
dragenariam præſcriptionem comple-
tam, etiamſi lapſum ſit quadriennium,
quod datur ad petendam in integrum
reſtitutionem; nam quadriennium ad
12 hoc conceſſum eſt vtile, ideo non currit,
niſi a die ſcientiæ, adeout ſi ſtaret per
centum annos ignorans ius ſuum, ad-
huc eſſet intra tempus petendi reſtitu-
tionem. *d. dec. 387. nu. 1. par. 1. diuerſ.*
*& d. dec. 39. nu. 2. 3. diuerſ. par. 3. lib. 2.*
13 Quod, & in cauſa profana firmauit *Ro-*
*ta recen. par. 3. dec. 3. n. 2. & par. 6. dec.*
284. *num.* 6. Et in cauſa Vniuerſitatis,
14 quando eſt enormiter læſa, reſpondit
*Duran. dec. 402. n. 13. 14.* ea ratione,
quia & in ſimili Eccleſiæ datur reſtitu-
15 tio; Eccleſia autem, & vniuerſitas æqui-
parantur.

16 Declaratur primo eadem principalis
concluſio, vt reſtitutio neque Eccleſiæ
detur, niſi ſit læſa, nam reſtitutio abſque
læſione non conceditur. *Caualer. deciſ.*
*94. nu. 2. Buratt. dec. 323. num. eod. &*
*recen. par. 1. d. dec. 87. nu. 3. & part. 2.*
*dec. 731. num. 1.* Quod procedit etiam
17 in perſonis aut locis priuilegiatis, ve-
luti Fiſco, Minore, & Eccleſia. *Duran.*
*dec. 310. nu. 1. Caualer. d. dec. 94. nu.*
*3. Buratt. d. dec. 323. nu. 3.*

18 Declaratur ſecundo vt ad obtinendam reſtitutionem aduerſus præſcriptionem læſio conſiderari debeat non tantum reſpectu rei quæ præſcribitur, nam eius reſpectu præſcriptio ſemper lædit, ſed habita ratione ad totum patrimonium, vt puta quando dempta re præſcripta parum aut nihil ſupereſt Eccleſiæ, contra quam præſcriptum fuit. *dec. 428. nu. 3. par. 1. diuerſ. & d. dec. 574. nu. 5. par. 3. recen. Achill. de reſtit. in integr. dec. 6 nu. 3. Verall. dec. 151. par. 2* vbi quod læſio enormiſſima non conſideratur in alienante rem Eccleſiæ,

quando restant tot bona de quibus viuere possint. Quod declara vt infra *nu.* 34.

19 Concurrente autem læsione datur Ecclesiæ restitutio non solum aduersus quadragenariam præscriptionem, sed etiam aduersus præscriptiones iuditiorum, veluti contra lapsum fatalium ad prosequendam causam appellationis, etiam post lapsum quadriennium ad
20 terminandam restitutionis causam à iure præscriptum, cuius dispositio non habet locum in Ecclesia. *Pute. dec.* 59. *nu.* 2. *lib.* 1. *& dec.* 370. *num.* 1. *versic. item quia libr.* 2. *& recens. part.* 5. *decis.* 412. *num.* 5.

21 Intellige, dummodo Ecclesia non fuerit negligens; veluti si illius procuratoribus, & aduocatis restitutionem petentibus pars aduersa metum incusserit: nam impeditis ex culpa vel facto iudicis vel aduersarij non currit quadriennium ad petendam restitutionem concessum. Sed si Ecclesia potuit experiri in iuditio, & restitutionem impetrare neglexit, tunc etiam Ecclesiæ denegatur restitutio, ne sit ludibrio *tex. in cap.* 1. *de in integr. restit. in* 6. *cum Clem. vnic. eod. tit.* perque iura etiam Ecclesia negligens restitutionem impetrare, siue restitutionis causam finire intra quadriennium, post quadriennium non auditur. *Cassador. dec.* 2. *de restit. in integr. per tot. & recen. par.* 4. *tom.* 3. *decis.* 604. *num* 14.

22 Item intellige, dummodo Ecclesia fuerit enormissimè læsa, prout declarat. *Pute. d. dec.* 370. *nu.* 1. *vers. item quia. lib.* 2. *Coccin. dec.* 445. *nu.* 7.

23 In benefitialibus autem restitutionem post quadriennium non concedi dictum fuit apud *Pute. d. dec.* 59. *nu:* 2. *& seqq. lib.* 1. *& d. dec.* 370. *num.* 1. *in fin. libr.* 2. tum quia Clericus non est eiusdem fauoris sicut Ecclesia, cui restitutio, & non Benefitiato conceditur; tum quia ex causa enormissimæ lęsionis datur Ecclesiæ restitutio post quadriennium: Clericus autem, etiamsi doceat de bono iure, non dicitur enormiter lęsus, cum nullum damnum patiatur, sed potius lucrum, quod non erat radicatum, dicatur ammittere. Sequitur *Rot. coram Achill. de restit. in integr. dec.* 10. *n.* 2.

24 Similiter probata læsione datur Ecclesiæ in integrum restitutio contra sententiam in iudicatum transactam. *Pute. dec.* 431. *lib.* 2.

25 Læsio autem consistit in iniustitia. *dec.* 1. *de restit. in integr. in nou. cum adduct. in dec.* 609. *nu.* 11. *par.* 5. *to.* 2. *recen. & dec.* 139. *n.* 1. *par.* 6. *& dec.* 328. *nu.* 1. *penes Buratt.*

26 Et ad hunc effectum sufficit quælibet iniustitia, licet non sit notoria. *Seraph. dec.* 251. *nu.* 1 *& dec.* 540. *nu.* 3. *par.* 4. *to.* 3. *& d. dec.* 139. *nu.* 2. *par.* 6. *recent.* vbi quod maximè procedit in supremis tribunalibus. *Merlin. dec.* 452. *nu.* 1. *Burat. dec.* 452. *nu.* 6. *cum ibi adduct. per Add. nu.* 9. vbi etiam quod sufficit, sententiam ex nouiter deductis iniustam detegi.

27 Conclusionem, quod restitutio ex capite læsionis Ecclesiæ competit contra sententiam, amplia vt procedat tam contra plures sententias conformes, quam contra vnam in iudicatum transactam. *Cassador. de restit. in integr. dec.* 1. *in fi. & dec.* 2. *nu.* 1. *versic. sed idem esset.*

28 Cessante autem re iudicata, restitutio in integrum tamquam remedium omnino subsidiarium non competit. *Pute. dec.* 59. *nu.* 4. *lib.* 1. *& d. dec.* 412. *n.* 7. *par.* 5. *recen. cum supra not. nu.* 9.

29 Amplia Secundo vt probata læsione concedatur Ecclesiæ restitutio aduersus sententiam etiam post quadriennium. *dec.* 412. *n.* 5. *part.* 5. *recen.* quando ta-
30 men enormissima est lesio iuxta *Gl. fi. & ibi DD. in cap. penult. de reb. Eccles. non alien. & Gl. in cap.* 1. *in verbo. ex causa de restit. in integr. in sexto quam sequitur Rot. coram Achill. de Graff. de restit. in integr. d. dec.* 6. *nu.* 1. 2. *& coram Buratt. dec.* 452. *nu.* 8. *Cassad. de empt. & vend. dec. vnic. nu.* 5. *& recen. par.* 4. *to.* 3. *dec.* 604. *num.* 16. *& par.* 6. *dec.* 284. *nu.* 50. *cum allegatis per Add. ad Buratt.*

*decis.*

*decis.* 404. *nu.* 10. *& supra not. nu.* 22.

31 Item quando sententia est notoriè iniusta ex allegatis per *Add. ad Buratt. d. dec.* 404. *nu.* 9.

32 Immo suprema Tribunalia constito de bono iure non attendere lapsum quadriennij, & hunc esse stylum curiæ, & ipsius Rotæ, dictum fuit apud *Buratt. d. dec.* 452. *nu.* 7. *cum ibi not. per Add. lit. A & ad dec.* 404. *nu.* 11. *& eumdem Buratt. dec.* 604. *nu.* 17. *& recen. par.* 4. *to.* 3. *d. dec.* 604 *nu.* 10. 11. vbi quod in foro Capitolino seruatur ius ciuile, secus in alijs curijs, & Rota, *& dec.* 540. *nu.* 17. *ead. par.* 4. *to.* 3. *& dec.* 412. *nu.* 6. *par.* 5. *recen.* vbi quod probata læsione stylus Rotæ est, supersedere in suarum sententiarum executione, & hoc ipso habere partem pro restituta, *& d. dec.* 284. *nu.* 55. *par.* 6. *recen.*

33 Declara superius dicta de enormissima læsione vt in ea consideranda habenda sit ratio non ad rem de qua agitur, sed ad totam patrimonij substantiam iuxta *Achill. d. dec.* 6. *nu.* 3. *de restit. in integr.* vbi quod non consideratur læsio respectu ammissionis totius causæ, quia fere semper quis ammittit totam causam, sed respectu eius quod superest: & concordant supra *not. n.* 18.

34 Subdeclara proximè dicta, vt procedant, quando agitur de recuperando ablato per rem iudicatam, quia hoc casu læsio debet considerari respectu patrimonij ablati, & remanentis, & in istis terminis procedunt decisiones præallegatæ. Quando vero non agitur de recuperando ablatum per rem iudicatam, tunc docto de enormissima læsione, non obstante lapsu quadriennij datur restitutio, & hoc casu non est consideranda læsio respectu patrimonij remanentis, quia patrimonium non fuit læsum, sed respectu illarum rerum quæ per rem iudicatam fuerunt denegatæ, quia in illis solùm concurrit læsio, non autem in toto patrimonio remanente, quia alias læsio consideraretur respectu rei, quæ non fuit in lite, vt distinguit *Rot. d. dec.* 284. *nu.* 51. *& seqq. par.* 6. *recen.*

35 Rursum probata læsione Ecclesia restituitur etiam aduersus contractum debitis cum solemnitatibus factum, quia licet contractus sit validus stante solemnitate, remedio extraordinario restitutionis Ecclesiæ succurritur. *Coccin. decis.* 445. *num.* 9. *& in antiquior. decis.* 2. *nu.* 12. 18. *de rebus Eccles. non alien.* vbi quod defectus causæ non reddit ipso iure nullam alienationem, si forma sit seruata, sed alienatio potest reuocari ex causa per restitutionem in integrum, prout reuocatur decretum ex falsa causa latum.

Et in terminis locationis quod Ecclesia lęsa restituatur, est *dec.* 4. *nu.* 15. *apud Cæsar. de Graff. de reb. Eccles. non alien.*

36 Læsio autem ad hunc effectum debet esse enormissima iuxta *Gl. in cap.* 1. *de restit. in integr. in* 6. quam perpetuo secuta est *Rot. vt apud Pute. dec.* 59. *nu.* 2. 4. *lib.* 1. *& dec.* 370. *nu.* 1. *lib.* 2. *Bellamer. dec.* 38. *versic. oportet etiam Cassador. de empt & vend. dec. vnic. nu.* 5. *& diuers. part.* 2 *d. dec.* 428. *nu.* 2. 3. cum supra allegatis. *nu.* 30.

37 Et si petatur restitutio aduersus transactionem, requiritur læsio enormissima vltra dimidiam habito respectu non ad rei valorem tantùm, sed etiam ad dubium litis euentum. *dec.* 235. *nu.* 1. *par.* 2. *diuers. & dec.* 625. *nu.* 6. 7. *par.* 1. *recen. & dec.* 574. *nu.* 5. *par.* 3.

38 Præterea læsio debet considerari de tempore contractus. *dec.* 87. *nu.* 4. *par.* 1. *recen. cum supra not. cap.* 17. *num.* 13. *& seqq.*

39 Et Ecclesiæ alleganti læsionem incumbit onus probandi, quando alienatio est facta cum legitimis solemnitatibus ex supra allegatis *cap.* 21. *nu.* 3. 4.

40 At circa qualitatem probationis ad effectum obtinendi restitutionem requisitæ Rota distinxit; vel enim agitur ad effectum obtinendi audientiam, & commissionem ac introductionem causæ in iuditio restitutionis, & sufficit semiplenè ac summariè docere de bono iure, dando fumum læsionis; Vel causa

restitutionis est iam introducta, & petitur restitutio ad effectum rescindendi contractum, vel retractandi sententias, & rem iudicatam, & læsio est plenè ac concludenter, & per probationes luce clariores iustificanda. *Bellamer. dec. 38. versic. Praeterea regulare. Buratt. decis. 323. nu. 4. 5.* cum allegatis per *Adden. ad eamdem Buratt. dec. 116. nu. 15. & per Add. ad Gregor. XV. dec. 459. n. 11.*

Quod vltimum dictum multò magis procedit, vbi petitur restitutio aduersus tres conformes, pro quibus maior vrget præsumptio. *Buratt. d. decis. 323. nu. 6.* Vel vbi agitur de reuocanda executione, quo casu plena probatio, & plena causæ cognitio requiritur. *Buratt. decis. ead. nu. 7.*

De effectu autem restitutionis in integrum, videlicet an impediat virtutem rei iudicatæ, vel executionem trium conformium (ne propositę materiæ fines egrediamur,) videas *Cassador. de rest. in integr. decis. 1. per tot. Buratt. decis. 604 num. 14. Gregor. XV. decis. 458. nu. 8. cum ibi not. per Add. n. 10.*

---

## Ecclesia repetens rem nulliter alienatam an, & quando emptori pretium, seu quid aliud acceptum, item melioramenta refundere teneatur.

## CAP. XXX.

*Materia tex: in cap. ad nostram, vbi Gl. in verbo, sufficere, de reb. eccles. non alien. Item tex: cum Gl. in cap. ad audientiam, verbo, refundendum. tit. eod. & in l. iubemus. §. Sanè vbi Gl., verbo, aquirantur, & in Auth. qui res. & in Auth. hoc ius porrectum, vbi Gl. fi. C. de sacros. eccles. Abb. in cap. siquis præsbiterorum. nu. 13. & ibi Butr. & Gl. d. tit. de reb. eccles. non alien. Gl. in l. prædiorum. & ibi DD. omnes. C. de prædijs minor. Dec. cons. 36. nu. 8. vers. Tertio principaliter non obstat. Rebuff. de alien. rerum eccles. nu 39. & seqq. Couar. var. resol. lib. 2. cap. 17. num. 3. Redoan. de reb. eccles. non alien. q. 20. à nu. 1. ad num. 15. & q. 77. cap. 5 à nu. 19. & cap. 6. nu. 11. Molin. de contract. disp. 468. nu. 15. Menoch. præs. 27. n. 10 lib. 6. Vincent. de Franch. dec. 296. Gratia. discept. 45. num. 34. & seqq. Ricc. in prax: rerum quotid. for. eccles. resol. 155. Boss. de alien. bonor. eccles. à nu. 517.*

*Itē tex: in cap. 1. de in integr. restit. & ibi Gl., verbo defraudari. Redoan. de reb. eccles. non alien q. 72. per tot. & præsertim. cap. 1. 5. 7. Menoch. remed. recuper. 15. nu. 501. & seqq. Boss. d. tit. de alien. bon. eccles. nu. 521. & seqq. & n. 539. & seqq. Ludouic. dec. Perusin. 34. nu. 6. 17. Maresc. var. resol. lib. 2. cap. 109. nu. 2. & seqq.*

### SVMMARIVM.

1 *Ecclesia annullato contractu non tenetur pretium emptori restituere, sed ad illius restitutionem tenetur Prælatus qui alienauit, & illius hæres iuxta antiquam Rotæ opinionem.*

*Contrarium hodie tenet Rota, nempe quod ecclesia ipsa teneatur, ne cum aliena iactura locupletetur. nu. 2.*

3 *Ecclesia quæ permutauit terras cum priuato, agens ad illarum recuperationem, tenetur terras in contracambium acceptas restituere.*

4 *Ecclesia annullato contractu sicut non debet*

*debet remonere in damno, ita neque in lucro, sed ex vtraque parte fieri debet restitutio.*

5 *Ecclesia annullato contractu debet restituere non solum sortem, sed & quidquid ex eo contractu ad eam peruenit, veluti fructus recompensatiuos pro residuo pretij ab emptore solutos, vel fructus perceptos ex bonis in solutum ecclesiæ datis.*

6 *Ecclesia quæ vult à contractu nullo recedere, debet emptori, emphyteutæ, & conductori refundere melioramenta in re ecclesiæ facta. Maximè si melioramenta ex pacto conuento facta fuerint. nu. 7.*

*Declara vt in restitutione melioramentorum quod minus est attendatur, vt si maior sit impensa quam melioratio, attendatur melioratio, si vero minor sit impensa quam melioratio, restituatur solum quod fuit impensum. nu. 8.*

*Item declara vt restitui debeant melioramenta vtilia, & necessaria, & perpetuo in fundo duratura, non autem voluptuosa. nu. 9.*

*Item declara, vt melioramenta per ecclesiam reficienda compensari debeant cum fructibus per emptorem perceptis. num. 11.*

10 *Ecclesia restituta aduersus contractum reficit melioramenta secundum dispositionem l. in fundo. ff. de rei vendic.*

12 *Ecclesia annullato contractu tenetur ad restitutionem acceptorum, siue contractus fuerit validus sed rescindendus, siue fuerit ipso iure nullus.*

13 *Ecclesia annullato contractu tunc demum tenetur accepta restituere, si duo concurrant, videlicet quod emptor fuerit in bona fide, & quod pretium in ecclesiæ vtilitatem versum fuerit.*

14 *Ecclesia restituere debet accepta etiam emptori malæ fidei.*

15 *Dictio, eo magis, est implicatiua.*

16 *Melioramenta etiam emptori malæ fidei sunt restituenda, si bona fide, & ante motam litem facta fuerint, secus si post motam litem.*

17 *Ecclesiæ locupletatio an sit probanda, vt emptor pretium recuperet. Item n. 19.*

18 *Dictio, inprimis, est implicatiua.*

20 *Ecclesiæ locupletatio non est probanda si pretium Abbati, & Capitulo simul, vel canonicis vti vniuersis, non vti singulis solutum fuerit.*

21 *Emptor annullato contractu pro repetitione pretij contra Capitulum, & Canonicos viuentes agere potest, etiamsi mortui sint Canonici, quibus pretium fuit solutum.*

22 *Ecclesiæ locupletationem seu versionem pretij in illius vtilitatem probare debet qui cum ecclesia contraxit.*

23 *Emptor rei Ecclesiasticæ non debet esse sollicitus de versione, nisi in casu mutui, depositi, & venditionis factæ pro soluendo ære alieno.*

24 *Emptor tenetur probare versionem in vtilitatem ecclesiæ, si ecclesia alienauit ex causa necessaria, secus si ex causa voluntaria. Amplia vt nu. 25.*

26 *Alienationi ex causa necessaria factæ statur, qualemcumque exitum habeat. Declara, dummodo fuerit vtiliter captum. nu. 27.*

28 *Versio regulariter probatur præsumptionibus, & coniecturis.*

29 *Versio in vtilitatem ecclesiæ an, & quando in mutuo præsumatur.*

30 *Prælatus pecuniam mutuo accipiens an, & quando obliget suam ecclesiam. Item num. 34.*

31 *Versio pecuniæ mutuo acceptæ in vtilitatem ecclesiæ non probatur ex assertione Prælati qui pecuniam mutuam accepit. Declara vt nu. 32.*

33 *Versionis præsumptio in casu mutui ex quibus inducatur, vel excludatur. Item nu. 35. 36. 37.*

38 *Versio in vtilitatem ecclesiæ ex quibus probetur.*

39 *Ecclesia volens à contractu nullo recedere, & accepta restituere, si ex pretio accepto emerit aliquam rem, an teneatur pecuniam habitam, vel ipsam rem emptori assignare.*



Res

RES Ecclesiæ nulliter alienata potest simul cum fructibus ab Ecclesia repeti ex supra not. Sed numquid Ecclesia pretium emptori tali casu refundere tenebitur?

In hac quæstione olim Rota in *Pisanen. liquidationis fructuum* 15. *Octobr.*
1571. *coram Orandino, quæ est dec.* 14.
*nu.* 6. *par.* 1. *diuers.* (si doctrinam *Abb.*
*in cap. siquis præsbiterorum num.* 13. *de*
*reb. eccles. non alien.* ab ipsa allegatam
attendamus) videtur communiter traditam à Doctoribus distinctionem se-
1 cuta, videlicet quod vel emptor fuit in
bona fide, & pretium repetet à Prælato,
seu Rectore alienante, & illius hæredibus, non autem ab ecclesia, nisi quatenus ipsi essent non soluendo, & ecclesia facta esset locupletior: vel emptor fuit in mala fide, & neque à Prælato, seu Rectore, qui alienauit, quidquam prætendere poterit, nisi in contractu sibi de euictione prospexerit, & hoc idem expræssè voluit *Rota in Firmana bonorum* 16. *Iannar.* 1585. *coram Litta, & in Placentina euictionis.* 2. *April.* 1590. *coram Platto, relatis per Adden. ad dec.* 10. *nu.* 48. 49. *par.* 3. *recen. & in eadem Placentina euictionis,* 8. *Maij* 1589. *coram eod. Platto, quæ est dicta dec.* 10. *par.* 3. *nu.* 1. 2. vbi quod Prælatus malè alienans rem ecclesiæ, & illius hæres, non solum de euictione tenetur iuxta *tex. in cap. Vulterana. in illis verbis. sit emptoribus ad eum recursus.* 12. *q.* 2. *& in §. Quia vero Leonis. vers. Siquis igitur, vbi Gl. in verbo, contractu, Auth. de non alien.* Sed etiam ad damna, & interresse, cessante mala fide, & dolo emptoris, quidquid sit in emptore malæ fidei.

2 Verùm, annullato contractu, Ecclesiam teneri emptori pretium restituere, ea æquitatis ratione, ne Ecclesia, quæ est cultrix iustitiæ, cum aliena iactura locupletetur, successiuè tenuit *Rota apud Pen. dec.* 778. *quæ est etiam impressa par.* 4. *diuers. in ordine dec.* 301. *& post tract. Cenc. de cens. in ordine dec.* 287. *item apud Caualer. dec.* 311. *nu.* 1. vbi
quod si Ecclesia permutauit terras cum
3 priuato, & agat ad recuperationem suarum terrarum, tenetur terras in contracambium acceptas restituere: *Item apud Merlin. dec.* 219. *nu.* 1. 2. vbi in specie de contractu nullo ex defectu beneplaciti Apostolici, in quibus terminis plures decisiones congerit *Add. ad decis.* 444. *nu.* 59. *par.* 4. *to.* 2. *recen. & apud Burat. dec.* 814 *nu.* 4. *Duran. dec.* 256. *nu.* 8. *quæ impressa legitur par.* 5. *recen. in ordine dec.* 375. *& in Romana societatis offitij.* 13. *Febr.* 1600. *coram Litta, quæ est apud Pic. dec.* 11. *nu.* 3. *& apud Seraph. dec.* 547. *n.* 5. 7. vbi quod sicut
4 Ecclesia non debet remanere in damno, ita neque in lucro, sed ex vtraque parte fieri debet restitutio, perinde ac si vendirio facta non fuisset, nequis cum aliena iactura locupletetur iuxta *gl. in cap.* 1. *verbo, defraudari. de in integr. restit.*

5 Amplia vt Ecclesia restituere debeat non solū sortem, seu pretium, sed etiam quidquid ex eo contractu ad eam peruenit: vnde si emptor aliqua bona in solutum dedit Ecclesiæ, & pro residuo pretij soluit fructus recompensatiuos, tenetur quidem annullato contractu rem Ecclesiæ cum fructibus restituere ex supra not. *Cap.* 27. sed viceuersa Ecclesia tenetur fructus recompensatiuos, item perceptos ex bonis in solutum datis vel restituere, vel compensare cum fructibus per emptorem restituendis. *Merlin. d. dec* 219 *nu.* 1. *Duran. d. dec.* 256. *nu.* 2. 4. *vers. fructus vero.*

6 Amplia Secundo vt melioramenta per emptorem, colonum, seu emphyteutam in re Ecclesiæ facta (intelligendo semper de emphyteuta, cui res ob contractus nullitatem adimitur) debeant per Ecclesiam, quæ vult à contractu resilire, ipsi emptori, emphyteutæ, seu colono restitui. *Seraph. dec.* 546 *per tot., & præcipue nu.* 7. vbi quod maxi-
7 me procedit in casu quo melioramenta
non ad libitum propriæ voluntatis, sed ita volente, & conueniente Ecclesia facta sunt: idem *decis.* 547. *nu.* 6. *& dec.*

1490. *nu.* 11.

8 Ampliationem declara primo vt colonus, siue alius cui restituenda sunt melioramenta iuxta terminos *cap.* 1. *de in integr. restit.*, si centum impendit, & meliorauit in ducentum, non recuperet, nisi quod impendit. *Seraph. d. decis.* 547. *nu.* 6. Quippe in hac materia attenditur semper quod minus est, ita vt si plus impensum fuerit, quam melioratum, attendatur solùm quid melioratum, dictante scilicet ratione naturali, vt non repetatur, quod inutiliter fuit erogatum, & ex quo res non fuit effecta melior nec pretiosior: si vero minus impensum sit, quam melioratum, recuperetur solùm, quod verè fuit impensum iuxta communem Doctorum opinionem, quam amplexa est semper Rota, vt coram *Seraph. decis.* 898. *nu.* 1. *& decis.* 650. *n.* 2. *par.* 2. *recen. & decis.* 206. *nu.* 2. *par.* 4. *recen. & dec.* 306. *num.* 4. 5. *& dec.* 457. *nu.* 6. 7. *par.* 4. *tom.* 2. *& dec.* 116. *nu.* 1. 2. 3. *par.* 6.

9 Declara secundo vt reficienda sint per Ecclesiam melioramenta vtilia seu necessaria, non autem voluptuosa, nisi in casu de quo proximè dicetur. *d. dec.* 650. *nu.* 4 *par.* 2. *recen & dec.* 320. *n.* 19. *par.* 9. *tom.* 2 similiter nec melioramenta consistentia in plantationibus, stercorationibus, & similibus, quæ non sunt perpetuo in fundo duratura, sed magis seruiunt pro vberiori, & commodiori fructuum perceptione, & à bonis patribus familias in rebus suis passim fieri consueuerunt. *d. dec.* 650. *num.* 5. *par.* 2. *recen. & dec.* 398. *nu.* 6. *part.* 1. *diuers. repetita in par.* 2. *in ordine* 312.

10 Subdeclara, vt, cum Ecclesia restituta aduersus contractum teneatur reficere melioramenta secundum dispositionem *l. in fundo. ff. de rei vendic. iuxta dec.* 186. *nu.* 3. *par.* 2. *diuers.* propterea non solum expensas necessarias aut vtiles quas ipsa fuisset factura, & quæ non sunt nimis onerosæ, reficere debeat, sed etiam voluptuosas, si Ecclesia alias erat factura, vel rem venditura: Extra hos casus autem meliorationes voluptuosas, qui bona fide fecit in re Ecclesiæ, per abrasionem recuperet, iuxta *Coccin. dec.* 489. *nu.* 4. 5.

11 Declara Tertio vt melioramenta per Ecclesiam reficienda compensari debeant cum fructibus per emptorem perceptis, siue alium, qui cum Ecclesia nulliter contraxit. Etenim vbi alienatio fuit à principio nulla, melioramenta in re aliena facta non nisi ex quadam æquitate bonæ fidei possessori debentur, quo casu cum fructibus per eum perceptis debent compensari. *d. dec.* 186. *nu.* 5. *par.* 2. *diuers. & dec.* 650. *nu.* 6. *par.* 2. *recen. & dec.* 319. *nu.* 29. *par.* 9. *tom.* 1. *& apud Merlin. dec.* 157. *in fi.* quidquid aliud dicendum veniat, vbi quis ædificauit in re propria ratione vtilis dominij, quæ postea ob lineam finitam domini vtilis ad Ecclesiam fuit deuoluta, vt aduertit *Rot. d. dec.* 186. *nu.* 5. *par.* 2. *diuers.*

12 Amplia tertio principalem conclusionem, vt Ecclesia agens ad recuperationem rei nulliter alienatæ teneatur ad pretij seu fructuum recompensationem, tum eidem solutorum restitutionem, siue contractus fuerit quidem validus, sed rescindendus, siue fuerit ipso iure nullus: quia & hoc postremo casu potest emptor pretium condictione sine causa repetere, nempe vti sine causa datum. *Merlin. d. dec.* 219. *nu.* 3.

Quod tamen intellige vt procedat probata versione, vt in casu *Merlini*; alias vbi contractus est ipso iure nullus, & non probatur versio, Ecclesia non tenetur pretium restituere, siue ex voluntaria, siue ex necessaria causa alienauerit, vt mox dicetur.

13 Eamdem principalem conclusionem declara, vt tunc demum Ecclesia teneatur accepta restituere, si duo concurrant, videlicet, quod emptor fuerit in bona fide, & quod pretium in Ecclesiæ vtilitatem versum fuerit. *Buratt. decis.* 814. *num.* 3. 4. *Merlin. d. dec.* 219. *num.* 6. 10.

14 Sed quod restitutio accepti fieri debeat per Ecclesiam etiam malæ fidei empto-

emptori seu conductori, suadetur ex al-
legatis decision. *Pen.* 778. *nu.* 1 *Cana-
ler. dec.* 311. *nu. eod. Seraph. dec.* 1490.
*eod. nu.* in quibus contractus declara-
tus fuerat nullus ex defectu vtriusque
requisiti, videlicet solemnitatis & cau-
sæ, quæ in alienatione rerum Ecclesiæ
concurrere debent, & sic qui cum Ec-
clesia contraxerat contra iura prohiben
tia, & resistentia contractui, erat in ma-
la fide ex supra *not. cap.* 27. *nu.* 10. *&
in dec.* 14. *nu.* 2. *par.* 2. *diuers.* Et nihi-
lominus Rota sensit, restituendam esse
emptori census sortem principalem: ei,
qui permutauit cum Ecclesia, res ab
Ecclesia in contracambium acceptas,
quatenus illas habeat: & conductori
melioramenta in re Ecclesiæ facta.

Quod confirmari videtur ex ipsa *dec.
Merlin.* 219. quatenus firmat absolutè
conclusionem, quod Ecclesia volens à
contractu recedere ob non adhibitas
necessarias solemnitates tenetur, resti-
tuere pretium, & quidquid ex eo con-
tractu ad eam peruenit: deinde sub *nu.*
4. 6. addit, conclusionem eo certiorem
visam esse in casu, de quo agebatur,
quia contractus fuerat vtilis Ecclesiæ,
& emptor fuerat in bona fide, cum Pa-
tres Camaldulenses onus expediendi
beneplacitum in se assumpsissent; vnde
*eo magis* æquitas suadebat, vt ab ijsdem
Eremitis pretium acceptum restituere-
15 tur: quæ verba implicatiua sunt, & de-
monstrant, quod Rota idem resoluisset,
etiamsi emptor non fuisset in bona fide
iuxta *Paris. cons.* 65. *nu.* 19 *& cons.* 92.
*nu.* 17. *lib.* 1.

16 Sed quod dictum est de melioramen-
tis etiam malæ fidei emptori restituen-
dis videtur intelligendum de meliora-
mentis bona fide, & ante litem motam
factis; secus de melioramentis mala fi-
de factis, & post motam litem, quæ non
debentur licet sint vtilia, nisi etiam
sint necessaria iuxta distinctionem *Se-
raph. dec.* 898. *num.* 3 quam secuta est
*Rot. dec.* 695. *nu.* 2. *par.* 3. *& dec.* 130.
*nu.* 18. *& dec.* 223. *nu.* 13. 15. *par.* 7. *&
dec.* 319. *nu.* 22. *par.* 9. *tom.* 1. *recen.*

17 Circa secundum requisitum locu-
pletationis Ecclesiæ videtur pariter
contrarium sens sic *Rota coram Pen. d.
dec.* 778, dum sub *num.* 1. absolutè fir-
mat, Ecclesiam teneri ad restitutionem
pretij. & sub *nu* 3. subdit, hoc in primis
procedere, quando Ecclesia facta est
18 locupletior: nam dictio *in primis* im-
plicatiua est, & denotat casuum diuer-
sitatem, licet idem ius in vtroque casu
statuatur iuxta *Gl. in l. illud.* 32. *verbo,
existimari in fi. ff. ad l. Aquil. & Paris.
locis supra not.*

19 Sed cum alibi Rota constanter te-
nuerit, probandam esse locupletatio-
nem Ecclesiæ, vt ad pretij restitutionem
compelli possit, prout apud *Duran.
d. dec.* 256. *nu.* 5. *Merlin. d. decis.* 219.
*nu.* 10. *Canaler. d. decis.* 311. *num.* 2. 3.
*Emin. Otthob. dec.* 31. *num.* 4. *& decis.*
139. *nu* 6. Ideo in hac parte decisioni
Burarti omnino adhærendum, quid-
quid sit circa aliud requisitum bonæ fi-
dei, sine qua etiam emptori pretium ab
Ecclesia restituendum probatur aucto-
ritate eiusdem Rotæ ex præallegatis.

20 Limita tamen prædicta circa proba-
tionem locupletationis Ecclesiæ in casu
quod pretium solutum fuerit Abbati, &
capitulo simul, vel Canonicis vti vni-
uersis, & Collegio, non vti singulis: tunc
enim emptor posset agere contra Eccle-
siam etiam non probata versione iuxta
*Pen. d. dec.* 778. *nu.* 8. seu quia dedit
omnibus de Ecclesia simul, per quos Ec-
clesiæ conditio deterior fieri potuit, seu
quia pretium datum Abbati, & capitu-
lo simul præsumitur in vtilitatem Eccle-
siæ versum iuxta doctrinas per Rotam
ibi allegatas, videlicet *Gl. fi. in Auth.*
hoc ius porrectum, & ibi *Bar. nu.* 17. *C.
de sacros. Eccles. Ruin. cons.* 68. *num.* 7.
*libr.* 1. quorum auctoritatem secuta est
etiam *Rot. in dec.* 29. *nu.* 3. *post tract.
Cenc. de cens.*

21 Nec tali casu obstaret mors Cano-
nicorum, quibus pretium fuit solutum,
quominus emptor contra capitulum
agere posset, quia, cum actionem ha-
beat contra Canonicos, non vti perso-
nas

nas particulares, sed vti capitulum, & capitulum semper idem censeatur, quia numquam moritur, contra capitulum, ommissis hæredibus, rectè ageret. *dec. 3. nu. 64. par. 7. recen.*

22 Cæterum probare versionem in vtilitatem Ecclesiæ incumbit ei, qui cum Ecclesia contraxit. *Buratt. d. dec. 814. nu. 2. Merlin. d. dec. 219. nu. 10. versic. Nec ipsius Ecclesiæ, Duran. d. decis. 256. num. 5.*

23 Nec aduersatur conclusio quod emptor rei Ecclesiasticæ regulariter non debet esse sollicitus de versione. *Seraph. decis. 336. num. 2. & par. 1. recen. dec. 681. num. 5. cum adduct. per Add. ad Gregor. XV. dec. 511. nu. 33. in 6.* nisi in casu venditionis factæ pro soluendis Ecclesiæ debitis. *Seraph. dec. 338. n. 7. & dec. 366. nu. 3. & d. par. 1. recen. dec. 681. num. 5. cum adduct. per Add. ad Gregor. XV. loco cit. & in Leodien. prætensi census. coram Orano, de qua Rubeus in suis singular. de alien. rerum Eccles. obseru. 7 in fi.* Vel in casu mutui, aut depositi. *Seraph. locis proxime citatis, & in Leodien. pecuniaria 22. Iunij. 1657. §. 1. coram R. P. D. Benslaqua.*

Etenim distinguendum; quatenus 24 vel Ecclesia alienauit ex causa necessaria, & tunc contrahens cum Ecclesia debet esse sollicitus de versione in eius vtilitatem: vel alienauit ex causa voluntaria, nempe ob aliquam Ecclesiæ vtilitatem, & versio non est probanda; cum qua distinctione perpetuò processit Rota, vt est videre apud *Buratt. decis. 714. nu. 1. Merlin. d. dec. 219. nu. 13. & post tract. Cenc. de cens. decis. 8. n. 10. 11. & dec. 29. nu. 1. & dec. 36. nu. 1 & dec. 287. nu. 4. 5. & par. 4. diuers. dec. 301. nu. 5. 6. & dec. 302. num. 1. Pen. dec. 778. nu. 5. 6. & dec. 1555. nu. 10. Seraph. d. dec. 366. num. 3. cum adduct. per Add. ad Gregor. XV. dec. 511. nu. 33. in fi. & per Add. ad Buratt. dec. 814. nu. 6. & in Romana deuolutionis domus. 17. Nou. 1581. coram Rubeo.*

25 Et hęc distinctio indifferenter obtinet, siue contractus sit validus, siue Ecclesia agat ad nullitatem contractus. *Buratt. d. dec. 714. nu. 2.*

Sed ab hac opinione recessit Rota coram eodem *Buratt. dec. 814. num. 2.* vbi quod distinctio alienationis factæ ex causa necessaria, vel voluntaria procedit supposita validitate: at vbi contractus est nullus ex defectu solemnitatum, nec probatur versio, Ecclesia, sicuti etiam minor, nihil tenetur restituere, & quod ita intelligendæ sunt auctoritates *in dec. 714* allegatæ, & præsertim *decis. in Romana Census 23. Ianuar. 1591. coram Bubalo*, cum qua allegatur etiam decisio in *Romana Censuum de Romulis. 18. Iunij. 1599. coram Pen. quæ est inter impress. eiusd. decis. 778. supra allegata.*

Itaque tenendo hanc opinionem, data nullitate contractus, semper tenebitur emptor probare versionem, siue alienatio ex causa necessaria, siue voluntaria facta fuerit; at si contractus est validus, tenebitur probare versionem, si quidem alienatum est ex causa necessaria, secus si ex causa voluntaria, tunc enim versio pręsumitur, & Ecclesia tenetur pretium restituere, nisi doceat quod pecuniæ in eius commodum versæ non fuerint.

Sed quomodo in alienatione facta ex causa necessaria probanda est versio, 26 si illi statur qualemcumque exitum habeat? vt superiùs dictum est in *cap. 16. num. 18.*

27 Tu dic, quod alienationi factæ ex causa necessaria statur qualemcumque exitum habeat, dummodo sit vtiliter cæptum, vt in *d. cap. 16.* Quod autem sit vtiliter cæptum probari non potest, nisi pecuniæ de tempore contractus erogatæ fuerint in vtilitatem Ecclesiæ: hoc autem est probare versionem, quoniam vt versio iustificata dicatur, sufficit quod Ecclesia ab initio locupletior facta probetur, nec requiritur quod locupletatio durauerit; & ideo si Ecclesia super suis bonis censum imposuerit vt domum emeret, & pecunia erogata probetur in emptionem dictæ domus, quæ

P tunc

tunc temporis vtilis esset Ecclesiæ, versio probata dicitur, licet ea domus postea incendio corruisset. *Merlin. d. dec. 219. nu. 14. & seqq.*

28 Præterea quoad versionem animaduerte, eam regulariter probari præsumptionibus, & coniecturis. *Duran. d. dec. 256. nu. 6. & post Cenc. de censib. dec. 29. nu. 3. & par. 4. diuer. dec. 302.* quæ est inter impress. *Millin. dec. 235. & in Romana deuolutionis domus 17. Febr. 1582 coram Rubeo, cum not. per Add. ad Buratt. dec. 546. nu. 9.*

29 Sed in mutuo est distinguendum; vel enim Prælatus habebat mandatum à capitulo, seù conuentu ad mutuum contrahendum, & tunc pariter versio probabitur per coniecturas: vel accepit pecuniam mutuam absque mandato, & versio plenè, ac concludenter est probanda per eum, qui mutuauit, nec admittitur præsumptiua probatio. *in Leodien. pecuniaria 29. April. 1654. §. tota ideo coram bo. me: Bichio, & in eadem 22. Iunij 1657. §. p. & §. non obstant coràm R. P. D. Beuilaqua.*

30 No. tamen, quod regulariter Prælatus vti in dignitate constitutus, & ratione suæ iurisdictionis habet facultatem etiàm citra speciale mandatum contrahendi, & obligandi monasterium: quia ad eum vti Ecclesiæ procuratorem spectant omnia, quæ ad diuini cultus reuerentiam, vel Monasterij vtilitatem pertinent. *Comitul. dec. 21. nu. 5. & admittitur in d. Leodien. pecuniaria 22. Iunij 1657. §. tantùm abest coràm R. P. D. Beuilaqua.*

At aliquando Prælati auctoritas per Statuta Ecclesiæ particularia est restricta, vt in Ecclesia Leodien. in qua Prælatus non potest mutuum contrahere vltra. 20. lib., & tali casu in eo, quod excedit summam à statuto præscriptam, mutuum non sustinetur, nec obligatur Ecclesia ad restitutionem, nisi is qui mutuauit, plenè, & concludenter probauerit, illud plus versum esse in vtilitatem Ecclesiæ. *in d. Leodien. pecuniaria §. eod. coràm R. P. D. Beuilaqua.*

Et ratio videtur esse, quia sicut Prælatus non obligat conuentum, quando contrahit in vim mandati, & agit contra, vel præter mandatum. *Comitul. d. dec. 21. num. 7.* ita non obligat ecclesiam accipiendo pecuniam mutuam vltrà summam à statuto permissam, cum in eo, quod excedit, censeatur non habere mandatum, & perinde iudicetur, ac si sine mandato contraxisset. *in d. Leodien. pecuniaria loco citato.*

Cæterùm vbi agitur de probanda versione, confessio Prælati, quod pecu-
31 nia mutuo accepta in Ecclesiæ vtilitatem versa fuerit, non probat: quia sicut ille non potuit nocère Ecclesiæ contrahendo, ita nec confitendo. *vt in d. Leodien. pecuniaria 29. April. 1654. §. tota ideo coràm bo. me. Bicchio, & in ead. 22. Iunij 1657. §. Non obstant coniectura coràm R. P. D. Beuilaqua.*

32 Quod tamen videtur intelligendum non concurrentibus adminiculis: secus si adminicula cum confessione concurrant. *in Romana deuolutionis domus 17. Febr. 1582 coràm Rubeo, & in d. Leodien. 29. April. 1654. §. 2. coram bo. me. R. P. D. Bicchio.*

33 Igitur vt in casu mutui versio præsumatur, probanda est præcedens indigentia, & æs alienum Ecclesiæ; prout è conuerso, probata opulentia Ecclesiæ, & quod Prælatus antecessor plures pecunias, & effectus reliquerit, & nihilominus mutuum pauló post fuit contractum, quælibet versionis præsumptio excluditur, quia est inuerisimile, quod Ecclesia modico tempore in tantam egestatem deuenerit, vt mutuam pecuniam accipere debuerit. *Add. ad Buratt. dec. 546 nu. 10. Gregor. dec. 31. nu. 2. & d. Leodien. 22. Iunij 1657. §. probatio autem. coràm R. P. D. Beuilaqua*, vbi
34 etiam quod ecclesia ex mutuo tenetur, quatenus Prælatus pecuniam mutuo acceptam iuxta modum solitum, & consuetum impendit, & vt necessitas, & vtilitas exigebat, secus si modum excessit.

35 Item præter probationem indigentiæ, & debiti præcedentis ecclesiæ proban-

bandum est, quod pecuniæ fuerint erogatæ in satisfactionem asserti debiti, & sic in eam causam determinatam, ob quam fuerunt mutuo acceptæ. *in dict. Leodien.* §. *& quatenus coram R. P. D. Beuilaqua*, & apud *Seraph. d. dec.* 338. *nu.* 8. qui tamen dicit, hanc esse Doctorum opinionem, sed nihil firmat. Propterea distingue iuxta *dec. Millin.* 235. *nu.* 1. vt scilicet sit probanda versio in causam expressam, quando contractus fuit initus ex causa necessaria, secùs si ex causa voluntaria, quam distinctionem sequuta est Rota & in alijs causis relatis in *d. dec. eod. nu.* 1.

36 Item versio præsumitur, si pecuniæ creditoribus ecclesiæ statim contracto mutuo, vel post modicum tempus, secùs si post longum interuallum solutæ fuerint. *Gregor. d. dec.* 31. *num.* 3. quæ habetur repetita post *Pacif. de Salu. dec.* 108. *Add. ad Buratt. d. dec.* 541. *nu.* 10. *in fi. & in d. Leodien. pecuniaria* §. *Non subsistit, coram R. P. D. Beuilaqua.*

37 Pariter prudentia, & probitas Prælati, seu administratoris suadet versionem in Ecclesiæ vtilitatem; contraria autem qualitas Prælati inducit contrariam suspicionem, cum materia versionis tota pendeat à iudicis arbitrio in *d. Leodien. pecuniaria.* §. *concurrit etiam. R. P. D. Beuilaqua*; vbi de Abbate, qui assiduis conuiuijs deditus Monasterij substantias dilapidauerat, & hac de causa priuatus fuerat, & de receptore, qui ob inhabilitatem, & malam administrationem fuerat in carceribus ab Abbate detentus. *Confert dec.* 36. *nu.* 10. *in fi. post tract. Cenc. de Censibus.*

Et suspicio ex mala fama Prælati resultans augetur, si mutuans erat consanguineus Prælati, aut si fideiussor in mutuo se creditorem faciebat, & ex pecunijs mutuatis satisfactum asseruit. *in d. Leodien. pecuniaria.* § *eodem.*

De alijs coniecturis, ex quibus versio præsumitur vide remissiuè. *Add. ad Gregor. d. dec.* 31. *nu.* 12. *item Duran. d. dec.* 256. *nu.* 6.

38 Et quomodo probetur versio, vide *dec.* 1. *nu.* 36. *par.* 5. *recen. inter impress. Duran. dec.* 18 *nu.* 31. vbi quod versio probatur, si pecuniæ sint saluæ, vel aliquid ex eis sit emptum, vel emptæ sint res necessariæ, licet non extent.

Item vide *Add. ad Buratt. d. dec.* 814. *nu.* 5. vbi quod Ecclesia locupletior probatur, si res ad Ecclesiæ manus peruenit, vel in eius vtilitatem versa est; quæ duo debent copulatiuè concurrere, aliàs conclusio non est vera iuxta *Rot. in d. Merlin. dec.* 219. *n.* 11. *&* 12. vbi quod præter pecuniæ traditionem iustificari debet, quod in aliquam vtilitatem Ecclesiæ ea versa fuerit per eumdem *tex. in l. prædiorum.* ibi, *pecuniæ quam in facultatem tuam erogatam esse constiterit, &c.*

Nunc redeundo, vnde diuertimus, si Ecclesia ex pretio accepto aliquam rem

39 emerit, & hodie annullato contractu rem propriam recuperare velit, ac pretium acceptum restituere, vtrum pecuniam habitam, vel rem ex ipsa emptam emptori assignare tenebitur? Distingue. Vel enim Ecclesia effecta est locupletior, & tenetur restituere pretium, vel non fuit probatum per emptorem, Ecclesiam locupletatam fuisse, & tunc ei sufficit assignare rem emptam prout resolutum *in Camerinen. nullitatis alienationis.* 10. *Iunij.* 1630. *coram R. P. D. Ghisilerio*, testatur *Addens ad dec.* 444. *nu.* 62. *& seq. par.* 4. *to.* 2. *rec.*

---

## Cognitio super validitate alienationis rerum Ecclesiæ ad quem spectet.

## CAP. XXXI.

*Vide Redoan. de reb. eccles. non alien. q.* 78. *cap.* 8. *Boss. d. tract. n.* 542. *& seqq.*

### SVMMARIVM.

1 *Alienationis validitatem cognoscere spectat ad Papam, seu delegatos à Papa.*

 2 Si-

2 *Signatura Iustitia potest subrogare iudices Commissarios; licentiam alienandi concedere non potest. nu. 3.*

4 *Transactionis ab Ecclesia facta validitatem cognoscere spectat ad iudicem, cui commissa est causa super iure competente Ecclesia ex testamento, super quo Ecclesia transegit.*

5 COgnitio super validitate alienationis vigore Constitutionis Pauli II. spectat ad Sedem Apostolicam, vel ad eos, quibus ab eadem Sede facultas fuerit delegata. *dec. 41. nu. 14. par. 5. recen.*

2 Signatura tamen iustitiæ potest iudices commissarios subrogare, sed li-
3 centiam alienandi concedere nequit. *Seraph. dec. 1307. nu. 8.*

4 Quod si alicui commissa sit causa super iure competente Ecclesiæ ex testamento alicuius, cuius testamenti vigore Ecclesia iam transegerit, cognitio validitatis seu vtilitatis dictę transactionis ad eumdem iudicem spectabit, ex quo iuditium præiuditiale toti causæ est prius agnoscendum, quam particulare. *dec. 42. nu. 21. par. 8. recen.*

# FINIS.

D. O. M.

&

DEIPARÆ VIRGINI

Laus, & Gloria.



# INDEX RERVM

## Et materiarum quę in hoc tractatu

# DE REBVS ECCLESIÆ NON ALIENANDIS

## *CONTINENTVR.*

## A



*Item*

Cen.

R repu-

E

ab

Mo-

Pa-

# P

Præ-

T 2 Prae-

Sole-

## T.


## V




Ver-

Vti-

# FINIS.







SELLO QVARTO, DIEZ MARA-
VEDIS AÑO DE MIL, Y SEISCIEN-
TOS Y SESENTA.



Diez marauedis.

SELLO QVARTO DIEZ MA[RA]EN
VEDIS AÑO DE MIL Y SE
TOS Y SESENTA.

